


1 EPISTOLA 2

PRO AUGUSTO
HISPA NIARUM MONARCHA
PHILIPPO QUINTO


Qua & jus ei assertum successionis
universæ Monarchiæ, & omnia
confutantur,

*Quæ pro Investitura Regni Neapolitani,
& pro cæteris Regnis à Germanis
scripta sunt.*



NEAPOLI,
Typis Josephi Roselli M. DCC. III.
SUPERIORVM FACULTATE.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATI
CAROLI BORBONII
Regis Neapolis, Infantis Hi-
spaniarum, Ducis Par mæ,
Placentiæ, Caſtri, &c.
Magni Principis
Hetruriæ.



*LLA omnia fidelitatis,
obsequiique argumen-
ta, SACRA REGIA MAJESTAS, quæ
erga Catholicam, potentissimamque*
* *PHI-*

PHILIPPI V. Hispaniarum
Monarchæ Majestatem plurima
exhibuit Seraphinus Biscardus
patruus meus , cum sepè animo ob-
versentur, occurrantque, me in hac
lætissima præsentia rerum , qua in
Te Neapolitani Regni Sceptrum
magnanima AUGUSTI PARENTIS tui
concessione devenit, impulerunt con-
festim , ut exultantis animi mei te-
stimonium aliquod , & ipse ederem,
quotus enim quisque est , qui secum
ipse non gratuletur. Te PHILIPPI
V. Maximi Regis Filium , regia
indole , regiis moribus , plurimis
copiis, classi ingenti , vietis profli-
gatisque hostibus post duo fermè

ſæ-

secula, sexque lustra absoluta, regia hac in Urbe Regem conspiciendo? Omnia ergo gaudii, l^atitiæque vocibus cum personent, coram S.R.M.V. me sislo munusculum allaturus, at quale hoc? parvum quidem (quod enim munus ante Tē non parvum) illud tamen habet singulare, quod magnis duabus Regibus Parenti Tuō, & LU-DOVICO XIV. Galliarum Regi benignè, humaniterque exceptum fuit. Adfero itaque Seraphini Biscardi Librum, quem Epistolæ in modum scripsit, omnes amplectens rationes, quæ ad Hispania-

* 2 rum,

rum, totiusque Hispanæ Monar-
chiæ, idest florentissimi omnium
Imperii successionem eundem Pa-
rentem tuum vocabant, quod
sanè tam dilucidè, tam sapien-
tèr præstítit, ea rerum argumen-
torumque copia, ut eorum ma-
gnitudine omnes Germanos Ju-
risconsultos obruerit, indè per
Austriaca arma Regno occupa-
to, multa perpessus, Senatu mo-
tus est, supremoque Regentis
Cancellariæ Magistratu dejectus,
gravibus penis interdicta libri
lectione.

Hunc ego M. V. diligenter,
sum-

summoque discrimine custoditum
obfero, in perpetuum obsequii mei,
quod nulla etas obliteret testimoniū,
nec quod meritis destituar,
est, cur de Regali Clementia tua
diffidem, ejus enim Regis Filius
es, qui Seraphinum Biscardum
amplissimis ornavit bonoribus,
nām brevi dum hic moraretur li-
bellorum, postulationumque Prä-
fectum creavit, inque interius con-
silium adlegit, neque unquam
quidquam statuit, in quo illius
non exquireret consilium, non ute-
retur consilio.

Una, & addo Orationem,
quam

quam de superiore loco in Ædi-
bus Regiis lectissima totius Se-
natus, equitumque, omniumque
ordinum frequentia dixit, diem
celebrans, quo PHILIPPUS V.
Parens tuus summo Italiæ, Hi-
spaniarum, Europæ, totiusque pe-
nè Orbis bono, singulari Dei pro-
videntia natus est, obtinebat tunc
Regnum Prorege Emanuel Pacie-
cus Viglienæ Marchio, cuius juf-
su compositam eo consensienti om-
nium plausu recitavit, ut commu-
ni desiderio explendo, formis lite-
rariis necessè fuerit, ut excuderetur
exemplo, hanc ego pari diligen-
tia

*tia servatam M. V. simul cum
Epistola exhibeo, D. O. M. enixim
rogans , ut M. V. triumphatis
hostibus , prolatisque Regni fini-
bus felicitet , fortunet , & quam
diutissimè servet in columem.*

S. R. M. V.

Neap.xiv,Kal.Aug. MDCCXXXIV.

*Humilissimus, & obsequientissimus servus, & vassalus
Johannes Biscardus Marchio Guardie Alseriae.*

PHILIPPO V.

Hispaniarum, Indiarumque,
Neapolis , Siciliæ , &c.
Catholico, & Poten-
tissimo Regi

SERAPHINUS BISCARDUS S. P. P.



Oc unum Summo Dei Im-
mortalis beneficio supererat
afflictis felicis jam Hispaniæ
rebus , ut talem , tantumque
Regem,tantoque Imperio pa-
rem nancisceremur Te , PHI-
LIPPE,qui labanti ferme Reipublicæ manum
porrigeres: quo se illa uno reficere posset , ac
recreari , & in quem intuens , Inctuosam , &
acerbam crepti Regis memoriam deliniret. De-
bebatur sane felicibus Hispaniarum fatis, ut
quam jacturam importuna Caroli pientissi-
mi Regis , & μαχαρης morte fecerint , Te tanto
a a obla-

oblato Successore non solum compensarent, repararent, restituerent, verum etiam, ut Hispanienses res tanto casu percussæ, & quæ penne jacentes videbantur, altius assurgerent, & uberioris reflorescerent. Et vero quid jucundius, quid utilius, quam Te Regem datum, generosissiminis Adolescentem, virentem, & florentissimum surculum felicissimæ, fœcundissimæque illius Arboris, tot Regibus abundantis, quot illa vel ramos diffuderit, vel palmites enutrigeret? Te inquam datum maximorum Heroum germen, in quo maximos Avos, Atavosque tuos tanquam in speculo agnoscimus, & in quo virtutum omnium cohors tempestivius ita adolevit, ut annos non expectaverit: cum spississime in publicis deliberationibus Consultissimorum Virorum prudentiam antevertis: ita ut omnes in tam tenera annorum immaturitate tantam consilii maturitatem demirentur. Nemo Te Majorum vel genere, vel Fama clarior: nemo jure causæ potior: nemo aspectus pulchritudine augustior. Propterea Deus Optimus Maximus rerum omnium Moderator te annos non amplius decem, & novem natum in celsissimo

fo-

folio collocavit : qui pueritiae florem ita tradu-
xeris , ut nihil ludricum , nihil leve , nihil ea
ætate dignum unquam cogitaveris , quin adeò
quoddam prudentiae , & pietatis exemplar sum-
ma cum admiratione . Te semper prætuleris.
Singularis illa corporis dignitas , amabilis in-
doles , præstans ingenium , sublimis ille ani-
mus ad majora semper spectans : in arduis qui-
busque rebus suscipiens animi promptitudo ,
& vitae institutum ab omni vita licentia alienum ,
mirabilis ille oris tui decor , ac splendor ,
morum suavitatem spirans , majestatem cum
venustate commiscens , jucunda illa gravitas ,
qua oculis adeò fulget tuis , ut in tuo vultu
verè Regio , veluti in una Sede morentur Ma-
jestas , & Amor , apud exterros , nedum apud
cives maximum Te , & amabilissimum probant
Regem . Sed quid Deus omnium largitor dare
majus potuit , quod admodum liberaliter tibi
non dederit , Orbis deliciæ , hostium terror ,
flos Regum inclyte ? Nemo tam ferreus , quem
tui studio , & amore non devinxeris : nullus
hostis , qui te tot , tantisque virtutibus prædi-
tum cum viderit , non amet simul , & extime-
scat :

scat. Nemo inquam est ex tor, tantisque Nationibus, quibus imperas, cui,cum te inspexit tot animi,& corporis ornamenti insigniter instructum, plura de te bona sperare non licet, quam de Majoribus tuis Carolo,& Ferdinandio Regibus bellica virtute præstantibus Hispaniæ unquam reportarunt. Felix , faustusque ille dies , quo te vidimus Neapolim appetentem . Si quid unquam Italiz, & littoribus nostris summa Dei beneficentia concessum , quo jure nobis summoperè gratulandum esse videretur , id sanè contigit illo die , quo melioribus annis nunquam nec illustrior , nec felicior nobis illuxit. Illud succurit, quod *Dio^a Cbrisosthomus* appositè scripsérat ad rem nostram πόθεν δέ ἐκ αὐτοῦ ἔλθοισε ἐπ' ἔχειν οὐφίλοις τοῖς ἀυτοῖς καὶ ἀπολαύσοντες τῆς καλῆς Δύναμις , καὶ ἀγαθῆς . τί μὲν γὰρ σεμνότερος Θέαμα , γενναιόν , καὶ φιλοπόνου βασιλέως ; τί δὲ ἄδικον ἡμέρου καὶ προσφιλοῖς ; πάτητας μὲν εὐ ποιειν ἐπιθυμοῦστος , ἅπαντας δὲ διωκόντος . *Et unde fieret, ut non certatim venirent homines, Σ visuri eum, Σ fruituri honesta illius mente, Σ bona?* Quod enim gravius specta-

cii-

^a *Dio de Regno orat. 1. pag. 7. litt. D.*

culum, quam Rex generosus, ac industrius?
Et quod suavius, quam mansuetus, Et amabi-
lis, qui omnes beneficiis officere, Et concipi-
scat, Et possit? Omnia tunc animi, ut bene
nosti, summa gratulatione perfusi exultavere:
Ordo, & Populus tui videndi causa effusus,
plaudentibus undique tubis, tūn panis, bellicis
tormentis, & Civium omnium, & Militum
acclamacionibus Te ingenti clamore, & con-
sentienti plausu exceperunt, atque, ut illud
Homeri^b usurpem:

Aὐλῶν συείγων τ' ἐντὸν ὄμαδόν τ' αὐθεόπων.
Cum has nostras appelleres oras incredibile
dictu est, quali, quantoque gaudio om-
nium animos replevisti. Naves, quæ Te fe-
liciter vexerant hilaritatis signa præferen-
tes lātissimè obstrepebant: novo quodam
tranquillitatis aspectu ridebant maria: candi-
diore luce splendescere Cœlum visum est: Ci-
vitas hæc omnis, & muri etiam ipsi tuum
adventum secum gratulabantur. Felix hæc
Campania blandientis naturæ locus, adven-
tu tuo verè felix, non ut olim Iusit an-
tiqui-

^b Il/iad. X.

tiquas , immensa quadam lætitia gestiebat .
Quotus quisque præsentem communis omnium
bono Te viderit, qui non amore, & reverentia
captus,tot, tantaque merita in Te uno, & vis-
tutes demiratus gratias Deo reddidit immor-
tales , & vota , precesque effudit, ut te ad Eu-
ropæ felicitatem natum , undique salvum ,
æternumque incolumem conservaret : Cum-
que Te tot animi bonis ornatum intuerentur,
jure merito dubitarunt , nùm natura magis
Tibi arriserit , an fortuna ? Sed quantum ad-
ventu tuo lætitiae hanc Civitatem , & Regnum
invasit,tantum mœroris occupavit, cum audi-
verit, Te discesseruin . At illud omnem exsu-
perat fidem,qualem, quantu[m]que desiderium
Tui reliqueris,cum discesseris . Excessisti Rex
optime , sed ut quietem Populis tuis parares ,
& Italiam ab hostibus liberares . Tu ad sum-
ma quæquæ factus, nec desidia fractus,nec vo-
luptatibus irretitus,quietis impatiens,alid mi-
grare statuisti: quod scilicet belli gloria te invi-
taverit, & salus Italiz , id quod olim scripsiferat
*I*socrates tecum animo reputans ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ ΒΙΟΝ
ΣΙΡΑΤΙΩΤΙΚΩΣ ΖΗΝ . Flagrantissimum illud tuum
animu-

armorum studium, non dicam reslinguere, vel
diminuere, sed ne retardare quidem tantilium
potuit illecebris, & deliciis suis dulcis Parthe-
nope. Te verius, quam Ullissem nihil move-
runt nostræ Sirenis oblectamenta: & Campa-
nia hæc fœlix, quæ indomitum Alpibus virum
fregit Hannibalem, Te detinere non potuit,
quin impellente delendorum Hostium libidi-
ne alid commigrares. Itaque Mediolanum
profectus, quanto Te opere incesserat strenuus
ille belli amor, & immoderata pugnandi cupi-
do! Copiarum parte ad Castrorum præsidia
relicta, delectu habito, florem illum Hispania-
rum, & Calliae, aliosque lectissimos socios,
eum Ducem ageres, præsentia tua speci, ani-
morumque implèvisti. At quiescere nunquam
poteras, nisi quando expectatus ille dies adve-
nerit, quo Tibi cum hoste certamen ineundum.
Deliberas statim exercitum ducere ad Castra
hostium oppugnanda. Cumque missis explo-
ratoribus, omnia plena hostium esse rescires,
instructamque Germanorum aciem è propin-
quo prospexeris, impavidus, nec loco Castris,
nec vallo præmunitis ad repentinam pugnam

b

exire

exire statuisti. Ad arma celeriter conclama-
tum, pugnatum extemplo est: nec invictis co-
piis tuis itineris labore satis defatigatis, pauca-
rum horarum spatiū ad reficienda corpora
datum, fessum agmen tuæ alacritatis exemplo
confirmasti, & terrorum ignarus in hostes in-
festam aciem direxisti. Dictu mirabile quan-
tum tuorum animos Tui studium, & bellandi
furor occupaverit, quantusque, contrà, ho-
stium mentes, & admiratio cœperit, & pavor
invaserit, cum armatus primam Martis for-
tunam experturus in medium processeris. Con-
cursum illicet, idque fixum militibus tuis,
destinatumque in animo erat, inter victoram,
mortemque magnanima desperatione, aut vin-
cere, aut, si fortuna non annuisset, in prælio po-
tiùs, quam in fuga mortem oppetere. Te o-
mnibus præente, læta spes victoriarum, majorque
animus semper viguit, illud secum reputanti-
bus, qualis fuerit eorum ea pugna virtus, talem
fore fortunam Italiam. Ubi cumque oculos cir-
cumferas, plena vidisti omnia animorum, ac
roboris, peditem intrepidum, equitem insul-
tantem, socios fidelissimos, fortissimosque, tūm
ob

ob nostram salutem, tūm ob belli gloriam stre-
nuissimē dimicantes . Tu quidem imperterri-
tus cruenta , sed secunda multarum horarum
dimicatione , cum ingenti nominis tui gloria ,
& insigni Germaniæ clade depulisti hostem ,
profligasti , vicisti : ampliores triumphos, ma-
jore fortuna, licet non majori virtute , nisi no-
ste prælium diremptum victoriarum cursus
moraretur, reportaturus , & si locus satis ad ex-
plicandam aciem fuisset, fœlicius pugnavisses:
Paucis tuorum pugnantibus, Germanos , ubi
pugnaverant, loco dimotos, fugientes insequu-
tus. Equite in eisdem immisso, turbasti ordines,
eosq; in fugā conversos dissipasti, ejecisti; captis
signis, direptisq; Castris spolia cæsorum, & ar-
ma, dum tuus legebat miles , Tu interea exspa-
tiabar is victor in loco , quem dudum hostes in-
sederant . O diem oīnni ævo memorandū ! quo
cruentissima strage edita, inimicæ Gentis auda-
ciam acerrimè repressisti . O fœlicissimum pu-
gnæ eventum strenuæ militum tuorum virtuti
debitum , non fortuuæ ! O Campos Italix tam
in signi victoria nobilitatos ! Sensit acceptum
vulnus Germania , æternumque nominis Tui

b 2 glo-

gloriam ingenio pudore prædicabit. Hæc-
nè sunt militaris tuæ disciplinæ tyrocinia? hæc-
cine sunt prima bellorum rudimenta? Si iis-
dem ad gloriam gradibus ætate contenderis,
Majorum tuorum vestigia non modo imitabe-
ris, verum etiam præstiteris, & Diis bene juvan-
tibus, superaveris. Domesticis quidem, & præ-
clarissimis exemplis abundas, corumque am-
plissima Tibi seges suppetit, & multitudo. Et ita
ad maxima quæque animatus es, ut omnibus
videre videaris illud tibi contingere, cum ad
res dñi, forisque ab Avo tuo gestas Te con-
verteris, quod summo Imperatori Alexandro
Magno sæpè contigit, cum Philippi magnum
facinus nuntiaretur, ut inter victoriæ lætitias
tristaretur admodum potius, quam gauderet,
Patrem scilicet nikil sibi magni, quod gereret,
relictum. Sed scito Rex omnium optime
eam esse ultimam humanarum gloriarum me-
tam, quam Avus, & Majores tui attigerunt, &
ultrà progredi huc usque datum nemini. Sed
pergè, & quam tua tibi monstrant Fata viam,
graffare ad gloriam. Macte animo Rex: Tu à
pueritia honestè, & liberaliter educatus, ad o-

mnes

mnes belli , & pacis artes institutus, qui nec la-
boribus , nec valetudini pro Populorum tuo-
rum salute unquam parcis: res Imperii tui in dis-
crimen aliquod adductas à inetu non solum, &
periculo liberabis, verum etiam reficies , & au-
gebis . Sed post debellatos nominis tui hostes ,
post pacem partam , post pacatas Provincias ,
post antiquam Hispaniensi Monarchiæ digni-
tatem restitutam, & post alia præclara facinora
non quiesces . Non hæc gloriarum tuarum fi-
nis: majora tibi paravit Fortuna , quibus am-
pliores virtuti tuæ campos aperiat . Bellum.
Tibi supereft sacrum. Ecce finitimum tuis Re-
gnis Turcarum Imperium , theatrum scilicet
dignum, in quo animus tuus ille militaris exep-
ceatur: idque summa Dei Optimi providentia
factum , ut Te inter alia, & ampla illa quidem
Monarchiæ Regna Neapolis , & Siciliæ Regem
destinaverit, ut scilicet Turcarum superbis ille
Deum , hominumque contemptor tam late
imperans Te potentissimum Regem suis Re-
gionibus adhærentem reformidet, qui non mo-
do imminentis semper Italix periculo validissi-
mum Clypeum opponas, ne infensas ille Chri-
stianæ

stianæ Religionis hostis proferat fines, & intra
suos limites contineatur ; verūm etiam, ut tu
Mare aliquandò classe trajicias, & barbarum
hostem armorum tuorum metu consternatum
Regno, quod longe, lateq; per vim tenet, usque-
quaque proturbes, & Asiæ afferas libertatem.
Quod bellum si tua pietate suscipias, summa
fœlicitate conficies : Nihil erit Tibi, Deo bene
juvante, laboriosum; nihil difficile. Infœlix illa
te vocat Græcia, fœlicissima olim illa Regio ar-
tibus, & literis non modò mirifice exulta, ve-
rūm etiam armis præstantissima. Lugent The-
bæ, Sparta, Corynthus, quas longa servitus op-
presserit : Athenæ lugent, ut eas fœda Barba-
ries deturparit ; & quæcumq; per universam
Græciam illustria præstantissimorum Ducum
cadavera sepulta jacent, si quis manibus sensus
est, tam duram servitutem indignantur. Te suæ
quisque Patriæ vindicem, & propugnatorem
vocant : Te, tuamque fidem appellant. Post li-
beratam Græciam Te copiis transfretantem
expectat Asia, ut dilectas Deo Terras tercentis,
& amplius annis crudeliter occupatas è Mau-
hemetanarum gentium manibus eriperes, ut
Chri-

Christiani nominis memoria in revocares, & Pre-
tro Anthiochiam restitueres. Post innumeros,
& æquè felices præliorum eventus, actos trium-
phos, subactam Asiam, ampliora gloriæ, & Re-
gni spatia despondet Tibi Deus, scilicet, ut San-
ctam illam Urbem, veram illam Religionis no-
stræ Patriam, ubi nullum sine Christi nomine
saxum, Hyerosolimas divino Sanguine made-
factas, ubi tot antiqua, & præclara Sanctitatis
decora, vel spreta jacent, vel neglecta, à Barba-
ris jamdiù creptas, Sacrosanctum illud Serva-
toris nostri Sepulchrum, immò Triumphantis
nostræ Fidei Capitolium redimeres, liberares,
& voti tandem compos votum ritè solveres, &
onustus gloria, spoliisque aras ejus nomini ite-
rum instauratas singularis pietatis tuæ testimo-
nia consecrares, & vero Deo Templa nuncu-
patis votis, & lætis auspiciis tandem aliquando
dedicares. His feliciter gestis tui eris similis, &
dignus Majoribus tuis: Majoribus tuis, inquam,
quibus Christianus Terrarum Orbis acceptum
semper feret, & nos etiam ipsi feremus, quan-
tam abs te in Regnum deducto adepti sumus
felicitatem. Quia in illud præclare, & sine exem-
plo

• plo cum Hispaniensī Imperio aetum ; tñ cum
illi Rex defecisset; Augustissimus, & Potentis-
simus Avus tuus, cum Te Regem daret Hispaniis , ex exemplo paravit subsidia Principatus !
Dedit ex sua Regia Stirpe Regem , non ut Re-
gnūm augeret suūm; sed ut alterius Monarchię
amplitudinem , & dignitatem servaret , erige-
ret , confirmaret . Abundabat Galliæ Regia
præclarissimis liberis , abundabat maximis Re-
gibus : illudque acceptum ejus virtuti semper
habendum , quod liberos omnes in maximos
Principes formaverit , & ad pacis , bellique ar-
tes instituerit : In vieti ejusdem nominis au-
thoritati , quod ex Augusta ejus Domo de-
siderentur , & perpetuæ felicitati debitum ,
quod pro alienis Regnis Reges ex sua stirpe
crearet . Maximi Avi tui , & longe omnium
præstantissimi , quid primum eloquar , quid po-
stremum , sane nescio . Si Alcidi parem qua-
ras , neino , nisi ipse est . Perpetua ejus laudum
testimonia : productum longè , latèque Galliæ
Pomerium , instauratum commercium , inter
arma , quod raro accidit literarum studia , le-
ges summa prudentia sancitæ , adauctum Im-

pe-

perium , tot per ampla ædificia, tot statuæ , tot
ænea , & marmorea monumenta : eterna sunt
eius meritorum præconia : quod pestilentissi-
mas contrà Religionem opiniones à suis Re-
gnis avulserit : quod novatores è Regnis suis
longè, latèq; depulerit: quod hæreseos velut hy-
dræ cujusdam renascentis capita Religionis
Hercules amputarit : quod egregiam navarit
operam, ut Historici , Poetæ, Oratores, & quot-
quot latinè scripserint, difficultatibus , & tene-
bris anteà obstructi, ad faciliorem omnium ca-
ptum luculentissimis Commentariis illustrarē-
tur, & veteres illi, & nitidi latini sermonis fon-
tes in Galliis mirum in modum expoliren-
tur : quod famam usquequaque de præcla-
ris gestis suis decantantem jamdiù defatiga-
verit . Quis satis unquam laudabit in admi-
nistranda Republica assiduum laborem , pie-
tatem , justitiam ; in dubiis quibusque , &
ancipitibus rebus certum , & prudens con-
silium ; In adversis animi magnitudinem ;
moderationem in prosperis , summam in re
militari peritiam , invictam animi virtutem,
& meritam , nec interruptam Fortunæ fe-

licitatem ? Felices hostes quibus cum illē
conflixerit, qui licet victi, & prostrati, eo
tantum nomine , quod cum eo pugnave-
rint, gloriari jure merito possunt. Felicissi-
mas Gentes , quæ tali Imperatori peperere
Triumphos . Enimverò ejus laudum , non
modo testes , verum etiam præcones Galliam
ipsam ; Brittanniam , Belgium , Bataviam ,
Germaniam , Hispanias , Italiam appellare
rite possimus : Et sanè cum ob oculos ponere-
mus innumeratasanti Regis res gestas , quod
potentissimos Principes sæpè vicerit , quod
de tot Gallici nominis hostibus, de tot genti-
bus triumphaverit ; quot Urbes obsederit ,
obseffas expugnaverit , expugnatas insui po-
testatem redegerit ; ut obstupuerint Maria ,
& indomitæ Septentrionum Regiones, ut con-
treinuerint omnes , non dicam , quæ ejus ar-
morum fulmen , sed quo Fama tantum perve-
nerit ; Gallia tanti hujus Imperatoris præ-
sentibus , & felicissimis bellis assueta jamdiu
Cæsar is oblita esse videtur . Nullus Europæ
locus tam inaceffus , qui ejus victoriis illu-
stratus non sit : Tot innumeræ , & præclara-

fa-

facinora , tot bella , tanta contentionum magnitudine , ac numero præliorum feliciter confecta ; prospera illa , & laudabilis Reipublicæ administratio ingentia quidem sunt ; sed per cuncta hæc præclarissimè gesta quantacumque sint , quæ certe sunt maxima , nullam tamen laudem adeptus est illa ampliorē , quam hoc facto promeruit . Nulla erit nec culta , nec barbara Natio , quæ eam laudibus semper non efferat : nulla tām ingrata Posteritas , quæ de hac tot Regnorum abdicatione unquam conticescat . Hic unus tot gloriæ gradibus erat reliquus , quem antea non attigerat : hæc postrema virtutum omnium meta . Cum enim humanæ gloriæ , quæ ei ex tot , tantisque rebus gestis maximis obvenerat , satietas jam cœpisset , expectavit Rex omnium maximus , ut divinas ferè laudes , & nullo ævo interituras suo nomini quereret , qui per magnanimam tot Regnorum refutationem , eadem facilitate se ipsum , ac hostes vinceret ; eadem animi virtute Regna per vim possessa bello , & armis acquireret , & sponte oblata jure refutaret ,

O insolens , & inauditum , & supra reliquam
Principum conditionem , ac penè divinum
laudis genus , cum non augeas Imperium ,
Augustum esse ! Sed Maximi Avi Tui , tua-
rumque laudum torrens copia me impruden-
tem à proposito abripuit , ut causam , cur
hanc ediderim epistolam , & cur tuo no-
mini nuncuparim , exponerem . Cur edide-
rim illud in causa fuit , quod viderim non
nulla hac eadem de re scripta divulgari , ut
aliis dicentibus , ipse filere non possem . Au-
gusto nomini tuo illam inscripsi , quia ne-
mini debui Jure potiori . Excipe igitur be-
nignitate tua hoc qualemcumque munus , non
tām oblatum , quām debitum : Vale religio-
nis columen , bonorum omnium præsidium
Christiani Orbis decus .



Mo.

Monitum ad Lectorem :



Ortasse, Amice Lector, Scriptoris propositum, controversiae statum, summa responsi capita paucis desideras, ut longa ejus lectio-
nis molestia libereris? Tibi lubens, vo-
len: que faciam. Quid enim Authorem ad
scribendum impulerit, lege & consultantis,
& respondetis nomina, & noveris purum pu-
tum veritatis studium fuisse, quo ductus ab
hinc fere biennium anovumq[ue]s hoc responsum manu exaratum
edidit, & pictam veluti tabulam in pergula prostituit, ut
occultus de eo aliorum censiones exciperet. Sed scriptio[n]is ge-
nus manum indicavit: & principio de Authore rumor natus.
Is tamen adhuc dissimulabat, ut maturiora de eo iudi-
cia referret. Verum ubi idem rumor dehinc in constan-
tem abiit famam, is ut ingenuitati inserviret, agnovit
suum, & ut amicorum obsequeretur studiis, qui impen-
sius aequo hoc responsum ab eo publici juris factum af-
fligitabant, & inter aliquos, qui eadem de re scrips-
ere, sua etiam excoxitata in commune proferret, typis
mandandum statuit. Causa autem ea est, qua gravior,
amplior, illustrior, neque fuit unquam, neque futura
posthac. Agitur enim de juribus Philippi V. Successoris
ad Hispanicam Monarchiam adversus Caroli Archidu-
cis Austriae desideria. Presso, & anciso stylo in arctum po-
terat quidem cogi, cum stet a Philippo jus certum: Sed
& ipsa juris affluentia in causa fuit, ut Epistolæ mo-
dum superaret. Tot enim & tanta argumenta cum men-
te hæc agitantem, nec ambitiosa, nec exquisita, sed
obvia, & ulterò ambibant, ut si eorum vel unum
silentio præterisset, ipse sibi prævaricator videretur.
Principio enim ei omnes successionis causas percurrenti,
sum Romanorum jure, cum Regnorum, qua legibus,
qua

qua moribus , tum historiarum , & Hispania , & Regni Neapolitani exemplis constitutas , usquequaque aditus ad successionem Carolo sec'udi , Philippo parte visus est . At esto jus nullum , abduc Philippus lege politie ad successionem admittitur . Etenim eo Successore constat Imperium , quin alterutrum damnorum offendat , aut dividi , aut cum alieno confundi . Ab utroque & cautum , & sapienti Caroli II. consilio , & singulari Ludovici XIV. modestia , & incredibili animi magnitudine : quod ille certum Hispanis Regem supremis tabb. destinavit , hic suo renuncians juri , dedit , ut Europa cundem rerum servaret statum . At Germani Jurisconsulti his rationibus aut dissimulatis , aut posthabitatis , successionem à Philippo abjudicant , Carolo vindicant . Sed si libellum ab iis editum legeris , quo ab Pontifice Romano Regni Neapolitani Investitura postulatur , si responsum quo Jus Austria cum in Monarchiam Hispamicam assertum est ; nullo negotio noveris , viros alioqui doctissimos caussæ ambitione transversos agi , ut caussam in controversiam traducant , de qua , si amplissima Principum nomina dissimularentur , quivis vel medincriter in jure versatus responsione defunctus esset . Principio jactant agnationem : quæ sane in Regnis non obtinet , cum ubique gentium fœminæ in Regnum deducantur , & per eas Regnorum successiones in cognatos transmissæ sunt . Sed qui jactant quos minus decet . Quia in caussa ? ubi ipsi olim sibi præjudicio fuerunt , ut quibus per fœminas Hispanica obvenerant Regna . Tum Mariæ Therese Philippi IV. Filia , Philippi V. Avia renunciationem obtrudunt . Sed eam non solum innumeris scatentem vitiis notavit ; verum , et si utilis fuisset , abduc tamen omnia , quæ gesta sunt juxta renunciationem potius , quam contra ipsam fuisse gesta demonstravit . Primum ad renunciantem advertens , quis

quis putet Regiam Virginem pudibundum sub Patre Prin-
cipe, & Orbis Terrarum maximo Principe invicta vo-
luntate maximo Imperio renunciaisse? quis eam edocuit,
jam olim à populis ad successionem vocatam, cum legem
de Regno jusserant: & Regni legem, que fæminas in do-
minationis subfidiū post masculos vocat, privatorum
paetis, conventisque immutari nec oportere, nec posse?
Deinde ad renunciationis Stipulatorem attendit: is est
Philippus IV., qui inter Regni auspicia jurejurando se
adegit, in legem Regni de successionis ordine non fasturum.
Demum stipulationis modum considerat, quo Philippus IV.
exuta Patris, sub Principis persona, & eo proposito stipu-
latur, ut sibi, suisque Successoribus libera de Regno di-
sponendi facultas queratur, ut non tam Philippus, quam
Principatus ipse stipulatus esse visus sit. Principes su-
premis Fatis cedunt; at Principatus, costante Imperio,
non cedunt. Quid mirum igitur, si quam libertatem
disponendi de Regno Philippus Carolo, immo Carolus
sub Philippi persona, sibi providit, postea usus est? Ad
hac rem renunciatam expendit: & animadvertisit, Re-
gna in ejus generis commercio non esse, Atqui Summi
Pontifices hereditatum renunciationibus juris auctorita-
tem accommodarunt. Ita quidem, sed privatorum; ubi
legitimæ portioni natura debitæ aquari dos possit: at
verò pro Imperio Orbis Terrarum maximo quod pre-
tium putas equum, ut constet ratio? Ad hanc conser-
rat propositum contrahentium. Id nullum præterea fuit,
nisi ut declinaretur Imperiorum confusio, propter eo-
rumdem dissidium, quod incompatibilitatem vulgo di-
cunt. Jam Dei Opt. Max. beneficio immortali Hispaniæ
suum sibi certum habent Regem, jam evanuit finis:
quid renunciatio ulterius valitura? Plura desideras? En-
prompta. Successionis casus non se dedit, quo tem-
pore

pore renuncians in vivis agebat ; nec ejus Successores renunciarunt . Quid igitur iis ad successionem ex sua ipso-
rum persona , & jure venientibus renunciatio obfit ? Obii-
ciunt legem nescio quam Hispаниcis Comitiis jussam , qua
Anna Austria Ludovici XIII. nupta ab Hispaniensis Mo-
narchia & successione seclusa est . Heic ejus commentitiae legis
virtutem excusfit : & nihil aliud , nisi renunciationis ab
Anna factae eam fuisse quandam confirmationem probavit .
Unde ἀντιστομῶς ita corripit adversarios . Igitur inutilis
renunciatio Theresiae , quia nulla ejusmodi lege firmata est .
Obiiciunt peregrinitatem Philippo . Sed quæ peregrinitas
cum quibus connubia , cognationes , hereditates ? Nisi
fortè Peregrinos intelligent , qui agnati non sunt . At
non æquum faciunt : nam Austrii hoc pacto peregrini Ara-
goriis , iis tamen olim successerunt in Regna . Testamen-
ta denique objiciunt . Heic iis hanc dedit optionem . Te-
stamenta de Regnis condita juris auctoritatem obtinent
ne , an non ? Utrum velint eligant . Si nulla ; cur iis suam
instruunt caußam ? sin justa ; cur & nobis non licet ? Si nul-
la , & Philippi IV. nullum : sin justa ; & Caroli II. , & Ca-
roli V. , & Philippi II. justa , qui cum de Regno majoratum
regularē instituissent , Philippum V. ad successionem voca-
runt . At illud verò proprius observavit : Regibus de Re-
gnis legandijus non esse , & eorum testamenta in duabus
speciebus jus obtainere ; altera , cum proximus Successor voca-
tur ; altera , ubi publica salus extraneum vocari finat . Hinc
vide quæso quam justa sint Caroli II. suprema tabb. quibus
proximus Successor vocatus est , in perennem Regnorum fe-
licitatem . Legisti hæc jam perlegisti cuncta . Non sat for-
tasse hæc tibi sunt in hunc modum contracta ? Author lucro
apponet , si ad diffusam eorundem traditionem pergas . Ita-
que gratias habet tuæ curiositati , qui hæc tantum indica-
ta legeris ; tuæ patientiae , cum legeris pertractata .

PHI-

PHILALETHEŚ^a DICÆOPHILO^b S. D.



IHIL unquam optabilius,
Vir præstantissime, nihil ju-
cundius accidere mihi po-
tuit, ne tempore quidem
ipso opportunius, quām
quod litteras tuas humani-
tatis plenas, plenas officii,
& comitatis nupèr accepe-
rim: lètatus eo nomine vehementer etiam sum,
quod, cum longo temporis intervallo scriben-
di consuetudinem vel intermisericordias, vel negle-
xeris, me tibi jamdiù excedisse suspicabar.
Quantum enim ad me attinet, suavissimam tui
memoriam ità semper fixam animo habui, ut
eam delere nunquam potuerim: antiquæ enim
consuetudinis, & familiaritatis nostræ semper
mihi dulcis, & jucunda est recordatio. Illud
etiam fuit omnium gratissimum, quod cum hu-
manissima Epistola tua scripta quadam, quo-
rum aliqua typis edita, aliqua non excusa in
fasciculum quendam conjecta, redditia mihi
sunt, quorum quidem alterum ad Regni Nea-
politani successionem, alterum verò ad uni-
versam Hispaniarum Monarchiam pertinere, sta-
tim novimus. Petis a me, Amice suavissime,
ut, postquam ejusmodi scripta pervolutaverim,

*Scribendi
occasio.*

A ex.

a AMICUS VERITATIS b AMICO JUSTITIÆ.

excusserim, triverim, de his judicium meum
 interponerem, & quicquid ex animi sententia
 Genus censerem, tibi rescriberem. Rem arduam pe-
 Causa. tis, & maximi quidem momenti. At ne putas
 arduam, quia scilicet difficultatibus obstructam,
 obscuram, vel anticipitem: nulla enim res vel
 facilior, vel expeditior, vel explicatior ea,
 quam proponis. Sed quoniam non ea est rara
 temporum felicitas, in qua sentire, quæ velis,
 & quæ sentias, dicere fas sit; iccirco quâm
 libentissimè ab hoc scribendi onere abstinuisse.
 Tantas enim maximorum Regum controversias
 tractare, privatæ fortunæ Viro religio est; &
 mihi quâm maximè, quem, cum nullius pâr-
 tis esse scias, ultrò huic causæ, & à nemine
 susceptum Patronum accedere, periculosum,
 plenum opus aleæ. In hanc causam descendant,
 quos vel Regum Imperia, vel Sacramenti fi-
 des excusat. Verùm quia me tibi morem ge-
 sturum pollicitus sum, quâm inconfultò obstrin-
 xi fidem, ingenuè liberabo. Quis enim Ami-
 co tam enixè efflagitanti durus, ac difficilis
 repugnaret? Gavisus eo nomine sum vehemen-
 tissimè, te mihi tales causam obtulisse, in
 qua licet parum diserto, & inficeto, nunquam
 tamen disperem, orationem defuturam. Huma-
 tas illa tua singularis, cujus omnes implevisti
 adversum me numeros, exigit, ut quod tu à
 me jure tuo petis, id tibi, nisi ingrati animi
 accuser, negare non possim: Quæ, si tibi Vi-
 ro in rebus publicis versatissimo non probabun-
 tur, teipsum reprehende, qui ex me ea postu-
 laveris, quæ ego pro dignitate adimplere ne-
 queam.

queam. Nec facilitatem meam accuses, quod non meo judicio, sed studio coactus tui hoc quodcumque est, magna spe aggrediar. Verum si tu, Vir doctissime, huic nostræ sententiae accesseris, obtrectatorum fannas non extimescam. Quantum igitur potero, satisfaciam: nec expectationi tuae deero. Sed vereor, ne tua te fallat opinio, si quam de me, & de laboribus meis conceptam habes. Fatear liberè, quod res est: Τα σύκα σύκα τῶν σκάφων σκάφων λέγεται & quod ipse sentio, sine ira, & studio scribam; nisi quid vel nimio veritatis studio indulgendum sit, quod ea scripserim, ne talis, tantusque error vulgi animis altius insideret, & veritatem à sophismatum quorundam aspersam caligine in lucem eruerem; vel aliquid etiam iræ condonandum, quod cum Germani Hispanis non modò injustum bellum intulerint, verum etiam in Jus temerè provocarint, me continere non potui, quin his omnibus tantarum turbarum auctoribus meritò succenserem. Sed eventus belli, ut ait *Livius*, velut æquus Judex, undè Jus stat, ei victoram dabit. At illud inexpectatum accidit, Germanos doctissimos alioqui Jurisconsultos, & Viros in rerum publicarum cognitione versatissimos, tantam controversiam excitasse, quæ nihil controversi habet, nihil dubii, nihil obscuri. Pervasérat jampridem rumor, Augustissimum Cæsarem pro hac succeſſione & armis, & litteris pugnaturum. Sed ubi hunc sermonem tota Italia dissipatum, & imperitorum ora per volitatem audivimus, omnino negligebamus; cum Italiam Germanis

militibus plenam sensimus, qui eam vel hospites, vel hostes devastarent: bellicus ille furor subito exarsit, & bellum ante gestum, quam paratum. Sed dicam, quod res est: nec adeo unquam malam causam suscepit Germania, nec bellum indixit injustius. An non vides, quam subito Italiz felicitati invidit fortuna? Lætabantur non pridem Hispaniæ pace jam parta, & quisquis ultrâ Oceanum alluitur novus Orbis ad pacis studia redierat: Belgium, & Italia, tot Regna, tot Provinciæ, tot Maria diurno jam fessa bello quiescebant, ubi omnia iterum perturbata. Sperandum nobis tamen est, fore ut Deus Optimus Maximus, cuius beneficio, pace, & felicitate fruebamur, veritatis idem, & justitiæ assertor, & vindex, justissimas in illos suas vertat iras de tali, tantaque successione injuria contendentes, Italicis Regionibus hærentes ejiciat, nobisque pacem, interruptamque felicitatem tandem aliquando restituat. Sed ne plura: & quam Provinciam suscepimus, aggrediamur. Optanda nobis esset eorum felicitas, qui, cum acri ingenio, doctrina, & eloquentia polleant illustres sibi profitatas questiones pro earum dignitate, & amplitudine tractare possunt. At licet nobis non tantum tribuamus (imbecillitatem enim nostram præclarè novimus,) enitemur tamen omni studio, ut eò veritas clariùs appareat, quod vel nullo eloquentiæ fuco, vel artis lenocinio, omnique ornamento exuta, nitida tamen, & à Germanorum educta tenebris omnibus elucescat. Illud initio non dissimulabo, quod literæ

teræ tuæ non me prorsus imparatum invenerunt: scis enim, quantum in Jurisprudentiæ studiis versemur. Cumque in Universo ferè Christiano Orbe jamdiù de hac successione disceptaretur, quis adeò bardus esse potuit, & rerum omnium ignarus, qui ad hujusmodi tam grave negotium, quod omnium mentes occupaverat, ingenii sui aciem non intendisset, nec in eodem argumento quicquam illaborasset? Cum verò inter alios diù, multumque mecum cogitavem, & sàpenumero speciem controversiæ mecum ipse animo proposuerim, & omnia succedendi jura diligenter perquisiverim; ex tot, tantisque succedendi modis nullus occurrere nobis potuit, quo Cæsarea Majestas ad hujusmodi successionem viam sibi munire possit, nisi omnes iuri nostri regulas, & statutum succedendi ordinem, non dicam, invita, sed indignante etiam omni Jurisprudentia, perturbarint, inverterint: cumque è contrario omnes illæ Augu-
stissimo Hispaniarum Regi pateant; quemadmodum modis omnibus ab hac successione arcetur Cæsarea Majestas, ità potentissimus Rex Catholicus ad eandem invitatur: quod modo facile intelliges ex facto, quod tibi proposuero. Species, in qua versamur, est hujusmodi, qua quemadmodum nec major, nec amplior, neque illustrior, ità nec expedita magis, nec magis explorata proponi unquam poterit.

Ferdinandus Aragoniæ Rex ob insignem domi, militiæque rerum gestarum gloriam, & eximiā pietatem, Catholici cognomentum ju-
re adeptus, florentissimam hanc Monarchiam,
quam

quàm bellis , & nuptiarum jure quæsiverat, successoribus suis primus tantam reliquit . Hinc omnium successorum inter se contendentium origo petenda est : ex ejus cum Isabella nuptiis Joanna tot , tantorumque regnum felix hæres, & filia suscepta : hæc Philippo nupta , Carolum Imperatorem primogenitum , & Ferdinandum habuit , quorum primus Regii stemmatis caput extitit , alter Imperatorii . Cumque ultimus Hispaniarum Rex sine liberis decessisset, superstes unus erat legitimus Successor, Serenissimus Galliæ Delphinus sororis filius , non tamen potior , quàm solus . At verò Hispaniarum Rex , Regum omnium piissimus , diuturno licet morbo conflectatus , erectus tamen , & impavidus animo , cùm & jura legitimi Successoris , & imminentem illam utriusque Imperii in uno , eodemque Principe confusionem , & celebre illud Regnum dissidium , quàm *incompatibilitatem* dicunt , præ oculis haberet ; inter eas morbi molestias , & animi angustias , ut integra Regnum suorum jura servaret , nevè successoribus injuriam faceret , illum designavit hæredem , qui legibus vocatus sit ex successorio edito , si quando Primogenitis , & eorum descendantibus impedimento ad succendum fuerit incompatibilitas vel Regni , vel majoratus . Instituit namque Serenissimum Andegavensium Ducem , quo nihil justius , si leges successionum inspicias , nihil Reipublicæ conducibilis , si Populorum tranquillitatem . Cumque in hac essem opinione , quo tempore in manus nostras Germanorum scripta pervenerunt , nullam

*Caroli II.
eiusq; te-
stamenti
laus.*

nullam interponendam moram putavimus, quia
subito illa avidissime legeremus, ut si quid
forte novi in iis inveniremus, a priore nostra sen-
tentia aequo animo discederemus. Sed cum ea
semel, & iterum percurrimus, non solum nihil
reperimus, quo opinionem nostram mutaremus,
sed potius innumera, quae nostram sententiam
mirificè confirmarunt.

Duo Scriptorum genera litteris tuis reditum mihi fuere, quorum alterum erat libellus: *Germanorum scripta, quae hoc responso consuetantur.*
 Romæ Cæsareæ Majestatis nomine Summo Pontifici exhibitus, quo REGNI NEAPOLITANI INVESTITURAM postulabat, ubi quæcumque argumenta & illos juvare, & Summum Pontificem ad eam concedendam allicere possent, continentur. Alterum scriptum quoddam, quod non solum ad Regnum Neapolis, verum etiam ad universa Monarchia Regna pertinebat, hoc specioso ornatum titulo. *JUS AUSTRIACUM IN MONARCHIAM HISPANICAM ASSERTUM:* quo postquam complures propositiones tanquam prima Regnorum successionum axiomata, & immutabilia fundamenta Germani jecerint, & farraginem quandam, & inconditam congeriem Instrumentorum adstruxerint, renunciations scilicet, earundem ratihabitiones, pacis conventiones, testamenta Regum, quorum alia probant, alia detestantur, pronuntiant veluti ex tripode, successionem Regnum Cæsareæ Majestati delatam fuisse, & tertio quoque verbo in contrariæ sententiæ assertores probra ingerere, & Dei Optimi Maximi fidem implorare non desinunt. Verum nihil est,

est, quod tantum doleant, & exclament. Etenim si quid Cæsareæ Majestati præter expectationem in hac Regnorum Successione contigerit, accusanda rerum humanarum vicissitudo potius est, & incertitia fortunæ, quæ, quemadmodum in rebus privatis, ita in Regnis ludit, & Imperiis: prudentissimum illud *Titi Livii* monitum gravissimi rerum humanarum Scriptoris sèpè recoleret: *omnia humana, tūm maximè quæque & Regna, & Imperia sub casibus multis esse.* Fato quodam factum est, ut quæ felices olim nuptiæ Augustissimis Austriae tot Regna contulerint, iisdem, quibus partum erat Imperium, Terra, Marique latissimum nuptiis auferretur. Maxima me tenebat expeditio quibusnam rationibus, quibusve argumentis tantam controversiam excitarint Germani.

*Causæ
Germani-
cæ funda-
menta.*

Audieram jamdiù, & tu quoque sèpius, nisi fallor, audieras, duas tantum suisæ sacras Anchoras Germanorum, decantatam scilicet illam renunciationem, & Philippi Hispaniarum Regis quarti testamentum: & cùm hæc mecum ipse agitarem, jocabar aliquando veteri Græcorum proverbio, quod Germania *Eur' ðueïv ὄρμαι*, cuius, & *Aristides*^a, & *Demosthenes*^b meminerunt: hoc est, ut tu benè intelligis, duabus nixa scilicet Anchoris in Portu sedet Germania. Sed nihil unquam tamen præter opinionem meam accidit, quæ quod mihi contigit, cùm scripta, quæ ad me miserias,

^a in Panath. ^b advers. Chœsiphonem.

seras, percurrerem. Nec verbis facile consequi possim, quantum mihi omnia, inter legendum, admirationis attulerint: pleraque enim nova invenimus, quæ in mentem nostram adhuc non venerant. Mirari quisquam non desinet, cum viderit, qualia, quantaque cumulaverint, ut suam sententiam, quibus possunt, machinis, & præsidiis fulcirent. Et verò quæ per Deum immortalem commenti non sunt, ut ejusmodi opinionem, si Diis placet, substineant? Consequentia argumenta his ferè, quæ sequuntur, verbis in *libello investiturae* explicantur.

Argumen-
ta pro Im-
peratore.

Primum omnium objiciunt favorem, nescio quem, agnationis: Item nimia fiducia illud asserunt, satis iis esse, ut aditum sibi ad hanc successionem aperiant, quod ex linea Ferdinandi descendant: mox sexus prærogativam opponunt: deindè gradus propinquitatem, quam à Ferdinando, non à Carolo metiuntur: ad hæc inculcant pervulgatam renunciationem, una & illud, inter hæc duo Regna æqualitatem servandam: Præterea Augustissimum Hispaniarum Regem, tanquam exterum legibus Hispanorum à successione remotum blaterant: & legem denique obtrudunt vocatis Hispaniarum comitiis latam, quibus fœminæ, & earum descendentes hujusmodi successione priventur. Sed hæc omnia, Amice suavissime, floccipende, & puta, esse nugas. Jam tenes, quæ pro sua sententia opponunt Germani: permulta meherclè, sed levissima, & nullius ponderis. Stant contra pro Hispanis pauca quidem, sed nisi fallor, solidissima: vetustissima, scilicet, lex Regni, & nunquam in-

Argumen-
ta pro Phi-
lippo His-
paniarum
Rege.

B ter-

terrupta succedendi consuetudo : propinquitas gradus , quæ in successione Regnum omnes alias contendentium prærogativas longè superat : demùm quod apertum hoc jus succedendi nihil impedit Aviæ renunciatio , ut suo loco probabimus . Quæ tanti sunt apud omnes justos rerum Æstimatores , ut inter eos , qui pro Rege Hispaniarum non sentiat , invenies neminem . Adversariorum ego sententiam refellerem latius , si liceret , per epistolam : contentus eris his , quæ tibi indicavero potius , quam perscripsero . Nostra erit cautio , ne te hominem occupatissimum diutiùs , quam par est , in re evidentissima teneamus . Et quoniam nec argumentis hæc illi , nec rationibus , nec auctoritatibus probant ; longa nobis disputatione opus non est , ut objecta vehementius amoliamur . Sed quòd citius quod suscepimus munus , absolvere possimus ; non pingeat iisdem tibi verbis recitare sententiam Germanorum , quo ipsi eam expresserunt . Audi , inquam , Germanos de hac successione *in libello pro Investitura Regni Neapolis* differentes : excerpta quadam huc transcripsero , sed non mutila ; nè longior forte sim , civilis tamen , ac fidus : *Amplissimam emiserant renunciam omnium Regnum , statuum , & feudorum favore propriæ agnitionis , & Austriaci stipitis . Quippè ex praesertim arbore Austriaci stipitis Sum. n. 1. & ex litera Instrumenti Investituræ Summi Pontificis Iulii Secundi favore Ferdinandi Catholici Sum. n. 2. emergit vocatio Augustissimi Leopoldi , dum in ea paciscitur dicto Ferdinandō pro se , suisque heredibus ,*

*Germano-
rū ratio-
nes reci-
tantur.*

dibus, & successoribus tām masculis, quām feminis ex eo recta linea descendantibus natis, & nascituriſ d. n. 2. litt. A. Et Leopoldum recta linea descendere à dicto Investito, non cudit in controvēſiam, ut in arbore: non obſtante oppoſitione forſitan facienda majoris proximitatis, quia omiſſo pro nunc examine, an ſucceſſio regulanda fit juxta majorem proximitatem masculorum cum prælatione ad fœminas, earumque descendantiam; attendenda fit potius proximitas Investiti, Et non altera ultimi Poffessoris. Itaque geminata excludio proceſſit ex cauſa publica, Et ut pax Europea reſtitueretur, Et ad ſervandam equalitatem inter has duas Monarchias, excludentes per viam legis fœminas nuptas exteris, earumque descendantiam: ex quo pariter, lege jubente, Sereniffimus Andegavenſis excluduſ remanet.

Pergamus ergo singula expendere: ſed quamvis exploratum mihi fit, quantum in rerum publicarum cognitione præſtiteris, ut paucos invenerim, quos tibi compararem, quem anteponem, neminem; tamen, quando aliquos perversa inceſlit opinio, ut ſine ratione valeat auctoritas & nuper percrebuit, injuriam, neſcio quam, illatam fuiffe Auguſtiffimis Aſtriacis, cum alterius Regiae Stirpis Successores agnatis prælati ſint: illud initio demonſtrare conſilium eſt, niſium in hac Regnorum ſucceſſione agnationi, & Aſtriaco nomini tribuſſe Germanos.

Sed antequam hoc aggrediamur, quædam ſilentiо præterire non poſſum, quæ primo aspectu tibi demonſtrabunt, quantum toto, ut ajunt; Cœ-

lo aberrarint Germani , & quantum eos causè
 Controver. cæcus amor deceperit : quorum illud primum est,
^{sæ statu} novam hanc, & hucusque inauditam successionis
 illustrior . controversiam proponi . Controversia siquidem
 est inter duos , quorum alter in potiori linea po-
 situs , Possessoris scilicet , & Primogeniti , in
 quam jamdiù ingressa fuere Regna , gradu ul-
 timo morienti proximior : Alter verò gradu re-
 motior , & ex linea secundogeniti . In hac spe-
 cie per Deum Immortalem quænam justa con-
 tentio superest ? Quisnam quæstioni locus ? In-
 ter tot celebres Regnorū successiones , tot do-
 ëtissimorum Virorum lucubrationibus disputa-
 tas , dissentientes inter se successores , alterum
 linea prærogativa , alterum proximitate gra-
 dus plures invenimus : sed & linea , & gradu
 destitutus , qui contendenter , nusquam legi-
 mus .

Petitio
Investitu-
ræ Regni
Nap. pro
repreben-
ditur.
 Alterum , quod te monere institueram , il-
 lud est , quod initio libelli pro Investitura pro-
 ponitur , cuius locum integrum transcribam :
Imp. facta
 ubi hæc habet : Beatisime Pater : Regni Neapo-
 lis Investituram competere Augustissimo Leo-
 poldo Imperatori privativè quoad Segeñissimum
 Ducem Andegavensum , patens fit , & mox re-
 censenda fuit serie facti non controversa , nec
 controvertenda .

Nimia sanè fiducia ! Lætamur vehementissimè , cùm Germanos tām turpitè in ipso vesti-
 bulo cauſe , & limine orationis offendisse , vi-
 derimus : nām eosdem in ipsius disputationis
 cursu multò fœdiūs labi posse , confidimus .
 Quis enim adeò rerum Neapolitanarum igna-
 rus ,

rus, quem lateat, Imperatores ab illius Regni
 successione arcendos, et si alioqui legitimi es-
 sent Successores. Vetus enim hæc est Inve-
 stituræ lex, ut hisi Imperiale dignitatem
 exuant, ad ejus Regni successionem aspirare non
 possint; impedimentum enim est huic successio-
 ni non modo Imperium, verum etiam Imperii
 spes, cum Imperatores æque, ac Reges Ro-
 manorum, Summorum Pontificum tūm vete-
 res, tūm recentes Investituræ repellant. Hu-
 jusmodi pactum ita concipiunt Scriptores:^a Sic
 enim verba habent: *Ungi in Regem Imperato-*
rem Romanum Theutoniae, seu Dominum Lom-
bardia, vel Thusciae, vel majoris partis earun-
dem eligi sub pena caducitatis, nisi infra qua-
tuor menses non renuncient. Item nè prædictas
 Provincias occupent. Item si contingat, eum
 eligi in Imperatorem, filium suum successorem
 à manibus Romani Pontificis emancipet, & Re-
 gno renunciet, nihil Juris in eo retinens. Item si
 filia fæmina nupta Imperatori, vivente Patre,
 & defuncto bæres existat, non possit succedere,
 & si delato sibi Regno, Imperatori nupserit, cadat
 à Jure. An novum Germanis illud est, quod
 Galliæ Rex Franciscus Primus Carolo Quinto
 Imperatori opposuerit, cùm Imperii candida-
 tus is esset? iti enim ad Electores scripsit:^b *Au-*
dire sc, quendam ad hunc honorem aspirare, cui
per leges non licet: mox de Regibus Neapolitanis
Imperiū affectantibus subnequit, fide data jam olim
esse pactum, nè Romanum Imperium appetant, sed
ut.

^a Arnis. c. 5. tom. 2. de Republ. fol. 64. vers. ex quibus
 omnibus. ^b Scidimus lib. 1.

ut alterutro sint contenti.

Tertium, quod & in libello *Investitare*, & in *Jure Austriaco* semel, & iterum assertunt: *Augustissimum Leopoldum ex linea Ferdinandi descendere*: ita habet in libello: *Quippe ex praeserta arbore Austriaci stipitis sum.n.1.* Et ex littera Instrumenti *Investituræ Summi Pontificis Julii secundi favore Ferdinandi Catholicæ, sum.n.2.* emergit vocatio *Augustissimi Leopoldi*, dum in eo pascitur: dicto Ferdinando pro se, suisque hæredibus, & successoribus tam masculis, quam foeminis ex ea recta linea descendantibus natis, & nascituris, dicto num. 2. litt. A. Et *Leopoldum recta linea descendantem à dicto Ferdinando investito non cadit in controversiam, ut in arbore*. Non assimilia fere verba, paucis tantum immutatis, transcripsit Juris Austriaci incertus Auctor: *Longam enim, Et accuratam ejus seriem hic texere nihil opus est, sed sufficerit compendio dixisse: uti Rex Carolus originem ex Imperatore Carolo quinto Primogenito in Belgio edito traxit, ita Sacram Cæsaream Majestatem ex Imperatore Ferdinando Primo illius Fratre germano, Hispaniarum Infante, Et germine, Avique Ferdinandi Catholicæ deliciis natum esse: ac proinde utrumque à Philippo, cui corporis decor pulchri, seu formosi cognomen conciliavit, Maximiliani Primi Imperatoris, atque Mariae Burgundia hæredis filio, Et Joanna Ferdinandi, ac Isabellæ Catholicorum Regum filia continuato utrinque perductas plerumque communis stemmatis agnatas ordine descendere.*

Meliora verba quis desideret? Forte Rex Hispania

spaniarum aliundè , quām ex linea Ferdinandi descendit ? Si initium à Ferdinando petendum est , Philippus Ferdinandum inter Avos designat . *A quo fili-
pote in hac
controver-
sia dira-
mind
successio?*
Sed Austriacorum prima origo propinquior , non Aragoniæ Regum quærenda est . Postquam enim à Serenissimis Aragoniæ Regibus ad Augustissi-
mam Austriæ Gentem hæc successio devenit , & duobus ex Joanna filiis suscep-
tis , Carolo scili-
cet , & Feidinando , constitutis jam duabus li-
neis , una Primogeniti , in quam Regna ingres-
sa sunt , altera Secundogeniti ; ille , tanquam
lineæ caput spectandus semper est , qui primus
ex fratribus possessionem Regnum legitimè na-
tus est .

Sed nihil à præsenti instituto alienius , quām inaniter operam ludere in re , quæ longiorem disputationem non expostulat . Ad rem igitur redeamus .

§. I.

In Regnis nulla Agnationis ratio.

Cum sapè mecum ipse animo reputassem , quæcumque pro Augustissimo Cæsare in Jure Austriaco , & Investituræ libello adducta sunt , satis mirari non potui , cur tantum in Agnatione , & familiae nomine Germani sibi plau-
cerint , ut illud tanquam primum , & solidum hujus causæ fundamentum jecerint , & tertio quoque verbo inculcaverint . O nimium infelix , & inauspicatum principium ! Vulgi argumen-
tum sanè , & ex nulla Jurisprudentiæ penu-
prom-

promptum. Etenim, si familiæ nomen acceperint, quemadmodum Jurisconsultus, qui in familia Liberti filiam contineri respondit; ^a non momenta. dissentiam: sin familiam pro agnatione usurparerint, nihil est quod à Jure magis abhorreat, & Regnorum successione: nullum enim agnationis Privilegium in Regnis. Jure sanguinis defertur Regnorum successio, non agnationis, ^{Sanguis} ^b succedit quinimodo sanguis ipse succedit, ut ait Baldus, in Regnis. quod idem est, ac succedere cognatos. At enim ^{Sanguis, &} ^{Cognatio} ^{idem.} nullum discrimen inter sanguinem, & cognationem agnoverunt Jureconsulti; maximum autem intèr sanguinem, & agnationem: Hac parte (inquit Caius) ^b Proconsul naturali æquitate motus omnibus cognatis permittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem. Quam legem cum enarraret Caius, ^c hæc habet: Sanguis separatur à consanguinitate, consanguinitas ostendit specialem agnationem, sanguis omnem cognitionem, & ita in l. 2. infra, cognatos, inquit, naturali æquitate sanguinis ratio vocat. Idem respondit Ulpianus, ^d cum sanguinē, & cognitionē æquiparat: Vel si sanguine eum contingit, habetur enim ratio cognitionis. Et contrario cù de agnatione verba faceret Paulus, ^e illam distinguit a sanguine: Adoptio non jus sanguinis, sed jus agnationis affert: Quod ita alio expli-

^a Papinian. in l. cum Pater 77. §. cum inter libertos, ff. de legat. 2.

^b lib. 16. ad editum Provinc. in l. 2. ff. unde cognati.

^c in recitation. ad Tit. ff. unde cognati. ^d l. vel si sanguine 12. de manumis. vindicta. ^e lib. 35. ad editum l. qui in adoptionem 23. de adopt.

explicavit loco Jacobus Cujacius: *i. Jura sanguinis* vocat *jura cognationis*, quæ tamen impropriè dicuntur proximitatis: nec abutimur hac significatione, l. qui in adoption. 23. de adopt. cum ait: adoption affert jus agnationis, non sanguinis, hoc est, cognationis, l. vel si sanguine 12. de manumiss. vindicta: Et meritò quidem: nam cognatos vocat sola ratione sanguinis: l. 2. undè cognati: Agnatos etiam idem nomen, eadem familia, eadem imagines. Quod sequuti Imperatores Diocletianus, & Maximilianus & cognatos appellavunt Proximos sanguine: Rectè ad rem Joannes de Platea: *h* Nota (inquit) hic text. in verbo sanguinis, quod tantum est dicere de sanguine alicujus, quantum de ejus cognitione in genere sumpta, ut comprehendat Agnatos, Et Cognatos.

Fuit olim non inficiar, quorundam Regum Genius, sive Regii cuiusdam nominis amor, ut auspicio veluti quodam idem nomen Posteri retinerent, quales intè Ægyptios fuere Pharaones, & Ptolomæi: Inter Persas Arsacidæ, inter Latinos Silvii, & continuata illa inter Romanos Imperatores Cæsarum appellatio. Agnationis vero nullus Genius, nullus amor: siquidem generali omnium ferè Regnorum consuetudine invaluit, ut fœminæ ad eorum successiōnem vocarentur. Nihil autem adversatur magis agnationi, quam fœmina.

Ex tot Europæ Regnis una Gallia vetustissimum institutum retinet, ut Regnum ex

C

ge-

*In una
Gallia A-
gnationem
deratur
Regni suc-
cessiones.*

f in recitation. solen. ad l. Jura sanguinis 3. ff. de reg. jur.

g l. de tutela 7. C. de in integr. restit. minor.

h in l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10.

genere tantum deferatur, & ut Graeci Auctores efferunt κατεγένος, quod ex antiquis Galliarum historiis accepit Georgius Cedrenus Graecus Auctor: Ισόρηται δέ ὅτι ἔθος ἦν τὸ βίγα φράγγιας καὶ γένος ἀρχεῖν. Idem etiam notavit Theophanes in chronicō, item Gracius. Εἴθος γὰρ ἦν τοῖς φράγγιοις τὸν κύρειον ἡ τοι τὸν βίγα καὶ γένος ἀρχεῖν.

Hunc succedendi modum, quem sive lex Salica invexerit, sive vetustissima Regni consuetudo, quemadmodum à legibus Romanorum, ità etiam à reliquis legibus Regnorūm aberrat. Ut enim Romanorum legibus in privatis successio-
bus jamdiū sublatum est discriminēt Agnati-
tos, & Cognatos; ità etiam in Regnis: nam ut benè notat Ribera: *i Regni successio agnationem non respicit, cum nullibi expressum inveniatur, quod à Regni successione masculi ex fœminis de- scendentēs excludantur.* Recte quidem Ribera: Mallem verò, suam paulò latiùs sententiam pro-
duxisset: nam expressum in Regnorūm suc-
cessione illud est, masculos ex fœminis admitten-
dos esse, nihilque agnationi tribuendum, cum ei obstat Jus Regni obstat; Auctorum, Regno-
rumque consensus repugnet, & Regum ferè omnium Judicium refragetur.

*Et Ponti-
ficio Jure.* Si Pontificias Constitutiones evolveris, suc-
cedendi regulas ex Jure Regni statim invenies.
Nusquam autem ex Jure Agnationis suc-
cessoriem deferri; quinimò contrarium offendes. k Ecce Summum Pontificem pronuncia-
tem: *Andream successorum Regi fratri suo in
Regno*

*i in responso de successione Regni Portugall. par. 2. sub
n.48. ubi Tapp. in addit. k C. licet de voto.*

Regno Hungariae, si sine prole decederet: Quod idem est, ac si dixisset, sine filio, aut filia. Idem enim significat, sine prole, ac sine liberis. Eadem Constitutione Summus Pontifex rescripsit: *In Regnis succedi ordine genituræ.* Ità sānè. Nullum aptius exemplum, quām successio Primogenituræ, & majoratus, præsertim in Hispaniis. Siquidem tūm illius Gentis antiqui Interpretes, tūm recentiores conveniunt: *In Regnis succedi jure majoratus,* imò Regnum ipsum cæterorum majoratum caput esse: Instar omnium Molina¹, ubi hæc habet: *Hoc adēd verum est, ut secure, & confidenter dici possit, non solum Hispaniarum Regnum verum majoratum esse, imò Regnum ipsum esse caput omnium majoratum, ab eoque cætera primogenititia tanquam à capite derivari, & succedentiationem accipere.* Quæ cùm ità sint, quemadmodum in majoratibus regularibus nulla est agnationis ratio, ità & in Regnis.

An de Auctorum consensu dubitas? m sexcentos tibi possem congerere: sed libenter abstineo, nè nimius fortè sim. Et si fortè quæris, quid aliàs habitis Regnorum Comitiis definitum fuerit? & quid prudentissimi Reges de eo senserint? paucis respondebo. Non te fugit celeberrima illa sententia undeviginti Virorum

C 2

Re-

¹ de Hisp.primog.lib.1. c.2.n.16. m Cynus in autb.polit fratres,C.de legit.bared.Jo:Andr.&c Alii in c.dilecti de arbitr.Ancbar.conf.339.col.3.n.21.Bald.in l.in multis, ff. de stat. hom.Burgos in proem. ll.Taur.n.54.&c conf. 29.in princ.,Tiraquell.de primog.q.10.Gomes.ad l.40. Taur.n.8.Greg.Lopez,l.2.sit.15.p.2.v.la hija mayor.

*Ex jure
Hispanico* Religione; & doctrina præstantium, cum regnaret Rex Aragonum Petrus hujus nominis Quartus, ⁿ qua definitum est, constare ex Jure Hispanico, fœminas admittendas esse ad Regnum successionem.

*Ex Regum
conventis.* Idem quoque tabulis nuptialibus Infantis Beatrixis filiæ Regis Ferdinandi Portugalliaæ cùm Joanne Castulonensium Rege cautum, quibus, ut si deceperet Infans sine liberis, quacumque soror superstes succederet, conventum est.º

*Et Regum
supremis
tabb.* Vocatas item fuisse fœminas judicio prudentissimorum Regum, obvia tibi erunt innumeræ exempla apud historias. Sed cur extero- rum Regum exempla petimus, cum domestica suppetant? Redeamus ad Aragonios, & Austriacos, Ferdinandum scilicet Regem Catholicum, Carolum Quintum, & Philippum Secundum, quorum testamenta si inspexeris, nihil est, quod tanti faciant agnationem Germani: quando prudentissimi Reges decessores ad eam nunquam respexerint, cum supremo illorum judicio fœminæ etiam iure majoratus regularis vocatæ sunt: ita Rex Ferdinandus, *Ferdinan.
di Cantabili.
ei.* ut testis est Zurita: *En el ultimo testamento, como en los pasados dexò por heredera universal, y Successora en los Reynos de la Corona de Aragon, y en los de Naples, y Navarra, &c. a la Reyna D. Juana, y a sus hijos, Nietos, hora fueren por linea de Varon, o por hembra, siendo de legitimo ma-*

tri-

*n Zurit.annal.lib.8.c.5. o Chronic.Reg.Ferdin.c.140.
p in annalib.Aragon.lib.10.vol.403. vol. 4.*

trimonio, declarando en el testamento lo mismo.

Sed si curiosius efflagitas, num eadem mens, idem animus Carolo Imperatori numero idem. Animi forte pendes, quia cum is Augustissimum Caput fuerit Regum Austriacorum, majore suam Gentem studio prosequutus, testamento suo masculos prædilexisse, opinatus es? Tua te decepit opinio. Instituit namque majoratum regularem, & quod magis est, cum ad plures substitutionum gradus progressus fuerit, filias omnes masculis ex Ferdinandino descendantibus prætulit. Testamentum integrum transcripsit Sandovalius: ^a *Instituyo por heredero, y sucessor universal en todos los dichos mis Reynos, y Señorías assi de Castilla, como en todos otros mis Reynos, y Señorías de Nápoles, Sicilia al Serenissimo Principe D. Phelipe mi muy caro amado hijo primogenito heredero, y despues de los dias del Serenissimo Principe suceda en los dichos mis Reynos, y Señorías al Serenissimo Infante D. Carlos su hijo, y Nieto, y despues de su hijo mayor Varón si lo hubiere, y en defecto de varón su hija mayor siendo un solo Sucessor: Et paulò post: Y en caso que el dicho Principe mi hijo D. Phelipe, ni al dicho Infante D. Carlos no quedasse sucession legitima, nombre por universal heredera, y Sucessora a la Serenissima Infanta D. Maria Reyna de Boemia nuestra hija, y quando acaeciere fallecer la dicha D. Maria sin sucession legitima, en tal caso ordenamos, y mandamos, que suceda la Serenissima Infanta D. Juana Princesa de Portugal nuc-*

*Caroli V.
Imp.*

ftra

^a Hist. lib. 120. fol. 830.

stra segunda bija, cuius sequutus est exemplum
Pbilippi in suo testamento Philippus Secundus, ut scri-
ll. Regis. psit Thuanus ^a his verbis. *Filio sine liberis de-*
cedenti Isabellam filiam, & Isabella sine liberis
itidem decedenti Catharinam, ejusque liberos co-
dem ordine substituit, qui si deficiant Mariam
Augustam sororem suam, ejusque liberos ordine
substituit, ac deinceps, qui lege, & jure ad suc-
cessionem vocabitur.

Plura hic contra hunc commentitium agna-
tionis favorem attexere hominis effet, & otio,
& literis abutentis. Age verò & alia, quæ ipsi
adduxerint, ut susceptam causam defenderent,
expendamus: quæ quidem non solum leviora,
sed quæ stomachum tibi faciant invenies. Par-
ce, obsecro, si quid liberiùs nobis excidit, nec
verò id arroganter dictum existimare te velim:
nam me continere non potui, cum viderim,
semper Germanos ea omnino conquisivisse, quæ
nihil ad rem attinerent. Sexus prærogativam
obiiciunt; simillimum agnationi argumentum;
eadem contra nos arma, sed alio nisu contor-
quent. At multiplex pro Hispaniarum Rege de-
fensio est. Et licet quæ contra agnationem ad-
duximus, pugnant etiam contra sexum; pauca
quædam addere non pigeat.

§. I I.

Nihil prodeesse sexus prærogativam.

Cum inter masculos præsens contentio sit,
sexus prærogativa quid prodest? Hæc Ger-
mani benè norunt, sed dissimulant, & ita ad certa-
men

^a *Historiar. lib. 120. fol. 830.*

men descendunt ; ac si cum fœmina dimicandum esset , illudque nobis persuasum esse vel-
lent , quod idem de fœminis , ac de earum
descendentibus masculis judicium sit . Sed ab
iis cogimur Nos , & cogentibus legibus diffen-
tire . Rationes enim , si quæ sunt , quæ fœmi-
nas à Regnorum administratione removerent ,
non removent masculum ex ea descendente :
*Fœmina ,
si à Regnis
arcenda ,
jexu, non
jure ar-
centur .*
fœminæ ratione sexus arcentur , non favore agna-
tionis , quia scilicet ob consilii imbecillitatem
ad regendos Populos parùm idone: e , ob lubri-
cum sexus , & alia id generis vitia Reipublicæ
administranda ferè impares : nec tibi excidit
versiculus ille græcus .

Γυναικὶ δ' ἀρχεῖν οὐ δίδωσιν φυσικόν .

Natura non dedit imperare fœminis .

Quæ cum in masculo ex fœmina descendente
non vigeant , ille proximior , licet cognatus ,
ab Agnato remotiore non repellitur . Hinc il-
lud est receptum apud Interpretes : in Regno-
rum successione masculos ex fœminis proximio-
res ab ulterioribus Agnatis minimè superari .
*Cognatus
proximior
ulteriori
Agnato*
Si Doctores , qui id asserant , fortè requiris ,
Molina ^a in promptu est , cuius ejusmodi ver-
ba sunt : *Quod adeò verum est , ut non solum in
majoratibus simplicibus , sed etiam in Regnis ,
Ducatibus , & Comitatibus , Murchionatibus , &
Baroniis , in quibus Jure majoratus succeditur ,
procedat : ad eorum namque successionem semper
fœmina , masculo ejusdem lineæ , & gradus defi-
ciente , admittenda erit . Maximam esse Molinæ
auctoritatem , Tu , qui in Foro jamdiu versá-
tus*

^a de primog. lib. 3. c. 4. num. 5.

tus es , benè nosti : sed si curiosius alios excusferis , plures invenies , qui cum Molina convenient , qui dissentiat neminem : Ecce Pegueram ^a : De consuetudine enim mulieres , deficientibus masculis quotidie succedunt in Comitatibus . Et aliis dignitatibus , Et etiam in Regnis , Et ita in hujusmodi successionibus observari videntur : adeoque Andreas de Isernia in tit. de eo , qui sibi , Et hereditibus suis in princ. reprobat consuetudinem , si talis extaret , immo eam corruptelam appellat , qua fæminæ ob remotiores excluduntur : Et ipse plenè dixi in mea repetitio-
ne , ubi inserui plura exempla fæminarum , quæ in majoratibus , Regiisque dignitatibus Jure pri-mogeniturae , exclusis masculis remotioribus , suc-cesserunt . Verba etiam Mierez ^b tibi subjiciam , alios tantum indicabo : is hæc habet : Et pro eadem primò pondero , dictas leges 2. tit. 15. Et l. 40. Taur. per quas patet , quod ubi non adest masculus in eodem gradu , fæmina præfertur masculo remotiori etiam in successione Regni , in cuius administratione tam exacta , Et constans gubernatio est necessaria , ut supra dictum est . In quam sententiam Doctores ^c ferè omnes pe-dibus concessere , quos hic acervatim cumula-bimus , nè in re tam clara longius abeat ora-tio .

*Maxime
ubi succe-
ditur ex
proprio ju-
re , & in
Regnis.*

Nec novum in jure est , masculos ex fœmi-nis descendentes vocari in successionibus , & præferri , licet alias eorum mater tanquam fœ-mina

^a decif. 115. ^b de majora 2. p. qu. 3. n. 206. cum s: qq.
^c Grot. conf. 3. n. 73. Paris. conf. 72. n. 25. Comes in 40.
Taur. n. 8. Caram. Pbilip. lib. 5. disp. 4. n. 8. Et seqq.

mina non præferretur: id enim obtinet in omnibus successionibus, in quibus Jure proprio successores vocantur, non ex Jure matris, quemadmodum in Regnis succeditur. Quæ in dubium revocari non possunt, quando feudum ex fœmina pervenisset: licet enim sua natura Regnum ad Primo-genitum masculum semper obveniat; secus tamen est, si à fœminis initium duxerit: *Ancharanus*^a ita respondit: nec ab *Ancharani* sententia cæteri *Dœtores* dissentiant: Audi tamen interea, quæ respondit *Michael Aguirre*^b pro Rege Philippo Secundo, cùm pro successione Regni scriberet: *Secundò* (inquit) *Lusitanorum Regnum ad Philippum nostrum pertinere*, luce ipsa clarius constabit animadvertisenti, Regnum illud originem trahere à fœmina, nempe à Tyressia Alphonsi filia, quæ nupsit Henrico Lotbaringio, cui *Lusitaniam* in dotem dedit Alphonsus Pater, quod initio bujus responsi non sine mysterio in facti enarratione animadvertisimus: ex hoc enim elicetur in eo Regno non tantum succedere masculos ex masculis descendentes adversus fœminas ex masculis primogenitas, verum etiam masculos ex fœminis descendentes: nàm cùm dispositio aliqua quæcumque sit, trahit originem à fœmina, non tantum accipitur de masculis ex masculis descendentibus, verum etiam de masculis ex fœminis descendentibus, ut masculi ex primogenita fœmina descendentes excludant masculos, seu fœminas ex secundogenito masculo descendentes, etiam si masculorum dumtaxat in ea dispositione mentio fuerit, non etiam fœminarum, ut quod originaria causa spe-

D

stan-

^a confil. 339. ^b in *Apol. de succs. Regni Portug.* p. 2. n. 36.

*E*standa erit : Innumeros : pro hac sententia citat *Soccin. Aretin. Bald. Jaf. Dec. Abb. Bero. Jul. Clar.* & alios . Idem docuere insignes illi viri quotquot scripsere in celebri causa Successionis Portugalliae . Sed de his jam satis .

Desinant itaque tandem aliquando Germani illam popularem decantare agnationem , & tantorum ejusdem Gentis Regum judicio acquiescant . Quicumque enim secus senserit , Regnorum plane naturam assequi non videtur . Tu autem , Vir clarissime , ex iis , quæ tibi adduximus , tecum ipse reputa , quanti agnatio illa , & sexus prærogativa facienda sit . Nobis interea ad alia properandum . Venisse jam tempus , forsitan , quo de propriis Regis Hispaniarum iuribus differamus ? Isthuc ipsum : quod libenti quidem animo excquemur , primum ex historiis , deinde ex legum , & Doctorum placitis , demum ex lege Politix , quæ omnium suprema est .

S. III.

Afferitur Jus Regis Hispaniarum historiarum exemplis .

Ad historias , quod attinet , si Regni Neapolitani , & Hispaniarum memorias in animum revocemus , facilis negotio Provinciam , quam suscepimus , absolvamus . Ex iis enim tria ostenduntur ; Primum feminas , earumque descendentes legitimo Jure semper successisse : Secundum inter hos obtinuisse semper

per proximiores : Tertium cognatos gradu propinquiores viciisse agnatos remotiores.

Principio de Regno Neapolitano antiquissimum extat exemplum antequam in Regni formam redigeretur , quod tradunt Scriptores ante tempora Normannorum . Sed longe (inquit ^{earumque} ^{descendentes} ^{serunt in} ^{Regnum} ^{Neap.} Tiraquellus ^a) ante hac tempora legimus , Amalasintam Theodorici filiam Patri successisse in Regno Neapolitano , quod inter ceteros scripsit Sub Longo Pandolphus Collenutius in hist. Neap. lib. 2. quod gobardis , accepisse videtur à Procopio .

Si verò Normannorum memorias excitabo , Sub Normannis , nemo erit in illius Regni monumentis adeò hos , quem fugiat , Constantiam successisse . Et licet eorumdem Investituræ contractiùs de Regnum successione loquerentur (nulla enim in illis sc̄minarum mentio facta est , quemadmodum posterioribus aëlum) illius tamen successio jure legitimo delata fuit : ità tūm Historici b testantur , tūm etiam Jurisconsulti . c

Item tres aliæ Reginæ , quæ Joanne nomine sub Arimperarunt , testes sunt lucupletissimæ , Regnum Neapolitanum jure successionis sc̄minis , earumque descendantibus s̄pè , & s̄piùs obvenisse .

D 2

Quod

a de jure primog. q. 10. n. 3. b Auctōr rerum publicarum tit. 1. n. 1. de reb. Hispan. ibi: jure connubii factum juris Suevici. Balboa de Monarch. Reg. q. 2. n. 84. ibi: Mor. tuo præd. Gulielmo III. Rege, II. Siciliæ, Apulea, & Calabriæ, Tancredus aliùs vocatus tyrannus, ex eo inquam , quia illa Regna ad eum non pertinebant , quia erat viva Constantia supradicti filia legitima Gulielmi ultimi Regis dictorum Regnorum , cui pertinebant de jure . c Menoch. conf. 65. n. 58.

Quod autem attinet ad Hispanias , nihil
In Regna frequentiū obviam tibi erit, quām successio fe-
Hispanica minarum , sive historicos legeris , sive Juriscon-
Feminae , ^{earumque} Auctores tibi adducere possem oppido
descenden plures , *Garibay* , ^{tes admis-} *Caramuellem* , *Balbam* ,
Coppinum : Sed unum præ cæteris *Arnisæum*
si . tibi ob oculos ponam: rem enim omnem dilu-
cidè narrat , & paucis complectitur : Hæc is
Appositif- habet : ^a *Gothi in Hispania utrùm per electio-*
fina Arni- *nem sibi Reges constituerint* ; dubitat Jo: Lup.
sæ autbo. *de obten. Reg. Navar. S. 10 p. 6.* Nos tamen
ritas reci- paulò ante sc̄t. 8. ante Pelagium nullam cer-
tatur. tam successionem illic invaluisse demonstravimus . Ut primum verò Pelagius sceptra suscepit ,
transmisit ea ad Ormismidam filiam , cum Fa-
villa filius unicus ab Ursa in venatione occisus ,
& laniatus esset : ejus posteritas successit usque
ad Veremundum Tertium, quem cum Ferdinandus
sororius interimeret , iterum in feminam
transtulit Regnum Legionis, cum idem Castellam
acepisset Jure matris, *Gundisalvi Comitis Ca-*
stellæ bæredis. Paulò post cum Ferdinandi filii
moreretur sine masculis bæredibus, *Alphonsi*
filia Urraca Regnum utrumque tām Castellæ,
quām Legionis obtinuit : idque in Comitum Bar-
cinonensium familiam per nuptias cum Raymundo
Berengario initas, *transmisit* . Ab Alphoso No-
nno Henrico Primo filio immatura morte prærepto,
transit iterum Regnum Castellæ per Berenga-
riam filiam ad Alphonsum Regem Legionis, inque
eius stirpe propagatū fuit usque ad Henricū Quar-
tum,

^a lib. 29. c. 1. & lib. 12. c. 42.

^b de jur. Majst. 1. cm. 1. lib. 2. cap. 2. sc̄t. 12. ex n. 8.

tum, qui cum non relinquere, nisi unicam filiam, ea remota, quod supposititia crederetur; cum prima Henrici uxor propter impotentiam Viri divorcium fecisset, successit soror Isabella, cuius beneficio Ferdinandus Catholicus maritus utrumque Regnum acquisivit, ceterisque adedium Joannæ filiæ majori natu reliquit, quæ cum nuberet Philippo, Maximiliani Primi filio, universam Hispaniam transfudit in Domum Austria-
cam. Omnia enim Hispaniarum Regna cadunt in manus fœminarum, ut de Regno Castellæ nominatim statutum legitur. p.2.t.15.l.2.p.3.t.18.
l.2. Burg. de Paz in proem. ll. Tauri num 42. & seqq., ad cuius imitationem omnes in Hispania majoratus constitui, & deferri, re&de notat, & probat Iud. Molin. de primog. l.2.c.2. & 3. Nam in Regno Aragoniæ Raymiro Secundo successit Petronella filia cum Raymundo Berengario marito: Petro Quarto Ceremonioso Leonora filia cum Joanne Rege Castellano, cuius abneptis fuit Joanna, cuius nuptiis diximus Aragoniam devolutam fuisse in potestate familie Austriae.

At non Hispaniæ solum, & Regnum Neapolis, sed nullus est in Orbe locus, qui Regnantes fœminas non viderit. Illas vidit Asia, Regiæ Fœvidit Ægyptus, & universus ferè Oriens sàpè illis obtemperavit. Nulla tamen barbara Natio, quæ non admiserit: admiserunt Germani, Belgæ, Pannoni, Brittanni, Bohemi, & omnes ferè Nationes præter Gallos. Non adeò te obliviousum existimabo, ut illud exciderit Lucani: ^c

Fœ-

^c lib

*Fōmina nīlaco nullo discrimine sexus
Reginam scit ferre Pbaros.*

Nec item illud Claudiāni :^d

*Medis, I:vibusque Sabais,
Imperat hic sexus, Reginarumque sub armis
Barbaria pars magna jacet.*

Sed quid ego latiū vetera conquiram, & in re omnibus perspicua diutiū immorer? Aggregiar secundam hujus capitinis partem, semper scilicet proximiōres successiſe. Et quan-
Proxiōio- res in Re-
gnū Neap. tūm ex annalib⁹ colligere licuit, hunc sem-
potiores per inter Normannos succedendi ordinem ser-
bāredes. vatum invenimus, Nam Roberto Guiscardo
successit Rogerius filius, Rogerio Gulielmus,
Gulielmo alter ille Rogerius, qui Regis no-
Probatur men, & dignitatem ab Anacleto Antipapa
exemplis. obtinuit, quod postea Innocentius Summus
Pontifex confirmavit, cuius successio ad Gui-
lielmos, quorum alter bonus, alter mālus ap-
pellati sunt, non interrupto unquam ordine
pervenit. e Cūm autem Normanni defecerint,
& Constantiæ jure ad Suevos Rēgnum obvene-
rit, juxta gradus proximitatem Regni successio
delata

d lib. 1. ad Eutropium. e Mich. Ricc. de Reg. Sicil.
& Neap. lib. 1. Platina in vita Nicolai Secundi,
Frecc. 1? t. de antiqu. stat. Reg. Befold. de Reg. Sicil.
& Neap. tit. de Comit. & Duc. Norm. c. 4. Colennuc.
bist. Neap. lib. 3. Volaterran. lib. 6. com. c. Sicil.
bist. fol. 74. Baron. ann. C. 1112. Spondas. in Pontif.
Honor. II. ann. 1127. num. 1. Fazell. Angel. Blond. &
alii in bist. Reg. Sicil.

delata est. f Idem post Corradinum, in linea
Caroli Regis Andegavensis religiosè custoditum
est: g quod demum à Serenissimis Aragoniis
ad hæc usque tempora, dubitatum^s non est. h

At si majorem probationem pro gradu
prærogativa desideras, nulla sane major adduci
unquam poterit, quam quæ deducitur ex quæ-
stione inter Patrum, & Nepotem. Hæc enim *Confirmata*
una ratio pro Patruo faciebat, contrà filium *turatio-*
fratris, ut docuit *Jurisconsultus*, i qui distin- ne.

guens inter successionem Nepotis ex fratre ad
hæreditatem Patrui, & Nepotis ex filio ad
hæreditatem Avi, hæc habet: Si quis defun-
ctus erit, si sit frater, ac alterius fratris fi-
lius, sicuti ex superioribus intelligitur frater
potior est, quia gradu præcedit: Sed alia fuit
Juris interpretatio inter suos hæredes: Quæ gra-
duis propinquitas tanti fuit in Patruo, ut licet
fratris filius beneficio repræsentationis vocaretur,
ac proinde eodem gradu cum Patruo concurrere

v de-

f Bzov. lib. 13. ann. c. 1199. Mazzell. hist. Reg.
Neap. in vita Federic. II. Sigon. de Regn. Ital. lib.
17. in fin. & lib. 19. fol. 81. Pineda lib. 16.c.5. Volat-
ter. lib. 6. com. C. de Sicil. hist. fol. 75. Platin. in vita In-
noc. IV. Raynal. ann. 1225. Besold. ann. C. 1265.

g Volaterr. lib. 2. c. de Sicil. hist. post fol. 76. Zurita in
annalib. Aragon. lib. 13. c 15. 16. & seq. & lib. 14. c.
12. Valdes. de dignit. c. 17. fol. 135 n. 3. Carleval. hist.
Sicil. fol. 76. Colennucc. lib. 1. fol. 161. Bzov. tom. 15.
ann. 1426. c. 8. Raynald. ann. 1458. & in vita A'lexan-
dri Scxti. h Volaterr. lib. 6. dict. c. de Sicil. hist. fol.
65. col. 2. Raynald. ann. C. 1251. in Pontif. Clem. IV.
Colennucc. lib. 5. Giacon. tom. 2 col. 27. Besold. ann.
C. 1386. i Cajus tit. 6. apud Rufinum §. de agnatis.

*Stabilitur
re judica-
ta.* vide etur , superatus tamen est nepos . Hęc de Regno Neapolitano controversia excitata est , cum Carolus Secundus ab humanis excessisset , & Robertus filius tertio genitus , & Rex Hungariæ ex Carolo fratre primogenito nepos ad ejus successionem concurrerent , responsis Prudentum , & Pontifícia pronunciatione Robertus Regnum obtinuit : quam sententiam laudavit **Cynus**^a . Et licet **Baldus**^b aliquando illam os- citantè damnaverit , rem verò seriùs reputan- do , suam sententiam retractavit^c . Sed quic- quid **Baldus** sibi varius varia senserit , senten- tiam pro Rege Roberto latam communiter **Do-
ctores**^d probarunt.

*Propior
gradu ,
prior in
Regni jure
apud His-
panos.*

Idem etiam exemplum Hispanis accidit , quod Neapoli in successione Regis Roberti . Cum enim ob mortem Regis Alphonsi Noni , inter Sancium secundogenitum , & Alphonsum ex fratre Primogenito Nepotem de Regno con- tentio esset , judicio Regis Galliæ , & Regis Brittaniæ Sancio Regi successionem delatam ac- cepimus .^e

Hactenūs , nisi fallor , in Hispaniis *equo Jure* , ac Neapoli , & fēminas *successiſtē* , & *gradu proximiores* , ostendi .

Illud

^a *in l. viva matre de bonis matern.*

^b *in l. liberti, libertaque , Cod. de oper. libert.*

^c *in l. cum Antiquioribus , C. de jur. liber.*

^d *Ganaver. cons. 5. num. 76. Laratb. Theat. Feud. par. 9.
dilucid. 37.n.46. & 47. Christin. decif. 41.n.37. & 38.
lib. 6. Thesaur. q. 35.n.34. Caren. resol. 5.n.7. Gam. dec.
307. n. 24.*

^e *Marian. lib. 12. Histor. cap. 9. ad fin. & lib. 14. cap. 8.
fol. 686. Vrsin de succeſſ. feud. par. 1. q. 5. art. 1. n. 13.*

Illud superest, quidnam tum fuerit, si qua inter Agnatos, & feminas contentio inciderit? <sup>Cognatus
propin-</sup>
Quid? Fœmina remotiorem Agnatum semper ^{qui or ar-}
superavit. Præclarissima hujus successionis exem- <sup>cet a Regni
successione</sup>
pla Regnorum historiæ nobis suppetunt. Deces- <sup>agnatum
remotio,</sup>
sit Robertus, nullis liberis masculis superstitionibus, sed tantum ex filio præmortuo tribus filiabus, inter quas Joanna primo loco nata erat.

Cumque de successione Regni disceptatum fuisse inter Joannam, & Agnatos descendentes ex Rege Carolo Secundo, Joanna Regnum obtinuit, ut omnes ferè ejus temporis Historici, & nostri Jurisconsulti tradiderunt, & quotquot Regni Neapolitanæ extant monumenta, testantur. Verum cùm ea illius temporis schisma sequuta fuerit, Clemētis Septimi Antipapæ partibus adhærens, Pontificia auctoritate Regno exturbata est.^a

De Hispaniis idem dicendum, in quibus & feminis patuit successio, quæ, modo proximiores fuerint, remotiores etiam Agnatos repulerunt. Licet enim qui Gothorum tempore Reges extiterint, ii non Jure successionis, sed Populorum suffragis crearentur: ^b id tamen usque

E que

^a Frecc. de antiquit. stat. Reg. lib. de subfeudis.

^b Concil. Toletan. 5. can. 2. ita conclusum legitur: Si quis ad Regia Majestatis ambit pervenire fastigia, quem nec electio omnium profit, nec Gothicæ Gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consvirtio Catholicorum privatus, & Divino anathemate condemnatus. Idem Conc. Tolet. can. ult. Defuncto in pace Principe, Primates totius Gentis cū Sacerdotibus successorē Regni conf. com. constituant, ut dum unitatis concordia, à nobis retinetur, nullus Patriæ Gentis dissidium per vim, atque metum molitur. Idē repetit Conc. Tolet. 8. ubi de elect. Elviri agitur.

usque ad Regem Pelagium invaluit, post quem omnia Hispaniarum Regna nunquam fœminas rejecerunt. Quod si ex vetustissimis Hispanorum annalibus exempla tibi vellem exponere, morosum id nimis esset, & molestum. Sat tibi erit, Vir clarissime, si præ cunctis unum oculis tuis subiiciam. Definienda enim cùm esset controversia de Regni Aragoniæ successione, antequam è vivis Rex Martinus discederet, & quamvis *Inducitur exemplum de Regno Aragonie* ad eam concurrerent Agnati cum Cognatis; at-tamen Ferdinando per fœminam eidem Martino coniuncto, & gradu proximiori, Regnum ipsius Martini judicio delatum est; cujus hæc sunt verba ab ipso *Mariana*^a transcripta: *Rex eleganter inquit, de tribus cùm disputandum sit, plura adiungi de illis possent: sed est quartus, nisi me animus fallit, quem vos infecti partibus videre non potuistis, Ferdinandus Castellæ Regis Patruus è Leonora natus scrore nostra Germana, in quo Sibiliæ filia est potior, Villenæ Marchio, Urgelitanusque procul à nobis remoti sunt.* Idem de Ludovico judicium esto: sororis filius fratri nepote propinquior est, arctiorique conjungens gradu: unus omnibus præferatur, oportet: exemplo res aperiendu est: *Sicut intercisa fontis vena, atque aliò derivata, rivi priores omnes, quibus antea deducebatur, exarescant, neque aqua recurrit in Canalem pristinum, nisi irrigatis, completisque omnibus posterioribus, aut rivis, aut areis; ita progenies ejus, quem semel à successione contigit dimoveri, excludatur, neceſſe est in perpetuum, neque adeat hereditatem,*

^a de reb. Hispan. lib. 19. c. 20.

tem, nisi sublata alterius successoris progenie.
Nam cum res sint in Jure, atque manus pio ultimi
Possessoris, non autem superiorum, quorum Jus
est in alios transfusum, ut quisque ei maxime con-
junctus erit, ita optimo Jure nitetur, sibique Jus
succedendi vindicabit. Erratis ergo, cum Priores
Reges Petrum, Alphonsum, Joannem consideratis,
indeque quasi è latere successionis Jura deducitis,
me prætermisso, cui nemo è Leonora Sorore pro-
pinquier sanguine est, ipsa omnibus, & secundum
eam ejus Proles, Ferdinandus, cui in dubia cau-
sa favere aequum tamen esset, omnium opinio Re-
gi futuro blanditur, sua cuique spes, & votis
nostris favemus; sed id tamen specimen virtutum
dedit, ut justi, & moderati principis in eo indo-
lem esse appareat: Hæc est nostra sententia, hoc
judicium; utinam tam felix, quam Republicæ,
& vobis omnibus salutare. De faminis disputa-
re non est necesse, cum inter mares lis omnis sit,
non unde sint geniti, sed quo gradu nos issi atti-
gant, considerandos puto.

Plæclarissimus sancè locus, quo uno omnis
controversia tolli videtur. At res adeò certa
est, ut in ea Scriptores ferè omnes quoquè
conveniant. Ita apud Castulonenses receptum
fuit, ita apud Aragonios, demùm apud Lu-
sitanos.

Notum omnibus est, ut antiquiora omit-
tam, tot, tantaque felicissima Règna pulcher-
rimum Monarchiæ corpus composuisse, & ex
fœmina ad Augustissimos Austriacos pervenis-
se. Nec me continere possum, quin obiter, &
sancè cum stomacho improhem inter alia illud

*Austriaci
suo ipso-
rum præ-
judiciobac
successione
secundum
cognatos
jam olim
adjudica-
runt cum*

per semini- præcipue; quod cum hæc Regna , de quorum
nam R^e successione contendimus , fœminea sint , non
gnis His- æquum faciant Augustissimorum Austriacorum
panicis po- Defensores , qui eosdem fœminarum descendente-
sti sunt. tes conentur avertere : ut cum de Regni Ara-
goniæ Successione scriberet , rectè ad rem no-
Id jus ex
usu natio-
num de-
scendere: ut
in Regno-
rū succeſ-
sione gra-
dus pr-
rogativa
prepolleat.

Sed eandem sententiam aliis successionum
exemplis confirmemus , nec ab Historicis rece-
damus , quorum sive antiquos pervolutaveris ,
sive recentiores , gradus propinquitatem inter
Contendentes potiorem extitisse , usquequaque
invenies , tacito quodam Gentium usu .

Accom- cum de successione Alexandri ageretur: Arideus
modatissi- (inquit) Philippo Genitus Alexandri paulò an-
mus Cur- tii locus te Regis fratri sacrarum ceremoniarum consors ,
probat. modo nunc solus hæres præteritur à eobis , quo
merito suo ? quidvè fecit ? cur etiam Gentium
comuni Jure fraudetur ? Si Alexandro similem
quaritis , nunquam invenietis , si proximum ,
bic solus est .

Exempla Occurrunt etiam quæ de Persis scripta
de Persis , sunt , imperasse scilicet Reges , quibus suc-
Parthis , cederent liberi , & his deficientibus cognati
Lacedæmoniis , proximiores , b quod in Imperio Parthorum
Macedonibus , etiam servatum : c nec alium invaluisse morem
inter Lacedæmonios , Macedones , & Athe-
nenses , testantur Scriptores d . Ut autem re-
firmant . liqua

a lib. 10. hist. c. 5. b Strabo. lib. 15. Constantin. Manas.
in annal. Procop. de bell. Partic. c Joseph lib. 8. antiq.
c. 3. d Petr. Greg. de Republ. lib. 7. c. 4. n. 3. usus
testimoni Laertii Thucydidis , & Justini .

liqua præteream , quæ ex tām antiquis petita temporibus cumulare possem , nē longius sine operæ pretio progrediar : ad recentiorum temporum historias properabo , & ex his quædam feligam , quæ Patruum nostrorum memoria gesta sunt : verū si antiquiora exempla tibi arrideant , te ad Bodinum , Othomanum , & Cujacium rejiciam .

In Regno Lusitaniae Ludovicus secundogenitus Didacum filium fratri Primogeniti superavit . ^a In Ducatu Sabaudiae , ^b & in Ducatu Mediolanensi ^c Patruus Nepotem vicit . Sed quid nobis aliis opus est ? insignia quædam exempla affert Cujacius , ^d quæ magis te in hac sententia confirmabunt . Is cum de hac quæstione scriberet , sententiam non solūm pro Patruo magis Juri consentaneam censuit , verū etiam in aliis gradibus nullam adesse quæstionem asseruit : cumque pro Nepote duo exempla adduxisset , in hæc verba sapientissimus vir prorupit : *Sed utraque successio tristes eventus habuit : nām & Richardus Regno expulsus est , & Carolus Belensis post adjudicationem dicti Ducatus bello superatus est , & occisus : Injusta adeò censuit , quæ his duobus casibus gesta fuere , ut digna illa existimaverit , quæ Deo vindice punirentur . Urget igitur gradus prærogativa in successiōibus Regnum , quæ pro Patruo vicit sāpē Nepotem . Sed si aliqua inter Patruum , & Nepotem oriri poterat disceptatio , ex vi nimirū representationis in*

suc-

^a Dec. conf. 445. ^b T̄besaur. lib. 1. q. 134. ^c Coppin. de Reg. dim. tit. 11. n. 12. d Cujac. consil. inter Patruum , & Nepotem , de qua in lib. 2. tit. 11. de scad.

*succeſſionibus Collateralium ultra fratrum filio.
nulla erit quæſtio.*

*Præcla-
rum de
Regno Lu-
ſitania.*

Celeberrimum etiam aliud exemplum tibi præbet controversia , quam pro succetione Lusitaniæ agitatam fuisse testantur innumeri ferè Scriptores tam Historici , quam Legum Professores : Emanuel Portugalliae Rex quatuor habuit filios , Joannem , Henricum , Ludovicum , Edoardum , duas item fœminas Isabellam , & Beatrixem . Cumque ultimus Rex sine liberis decessisset , quæſtio orta fuit inter descendentes ex fœminis Philippum Hispaniarum Regem filium Isabellæ , & Ducem Sabaudiæ filium Beatricis . Alia item quæſtio inter Ranutium Pharnesium , & Ducissam Bragantiæ descendentes ex Edoardo . Rex Philippus ex filia Primogenita Nepos masculus vincebat omnes contendentes , Ranutium masculum descendenter ex Edoardo , gradus proximitate , Ducissam Bragantiæ sexu , Ducem Sabaudiæ ætate : & licet Ranutius prærogativa linea pugnaret , quia de collaterali successione ultrà fratrum filios agebatur , linea Privilegium , quod ex beneficio repræsentationis inducitur , locum habere non potuit . Hæc summa contentionis fuit , quam ita gravissimus Auctor a expressit : *Repræsentationis beneficium urgebatur à Brigantino , & Ranutio , qui Ranutius eandem rationem postea contra Catbarinam Materteram reflecebat ipse , ex grandiore Pro Ebi-
lippo V. natu , Edoardi filia natus .*

*ſtare , & Illa tantum discriminis ratio inter utram-
gradus , & que controversiam reddi poterat , quod illa in-
linea be-
neficia . ter*

a Thuanus bīl. lib. 69.

ter lineæ prærogativam , & gradus proximitatem versabatur : in nostra autem specie & lineæ favor , & gradus beneficium pugnant acerrimè contra Germanos . Vicit omnium Academiarum voto Philippus II. proximitate gradus , ut testatur Besoldus ^a his verbis : *Henrico jure merito succedit Philippus , Parmensem enim propinquitate vincebat , nec is , ut E³ Bragantiae Ducessa , Edoardum poterat repræsentare.*

Scripsere pro Philippo II. insignes quotquot erant illius Seculi Jurisconsulti . ^b At unum ^{Cujacius bonoris causa no-} omittere fraudes esset , Cujacium , ^c qui in eadem minatus . specie consultus , respondit . *Si legibus , aut moribus Regni , de quo agitur , etiam post mares fæminis , & cognatis , qui per fæminas conjunguntur , nec idem nomen , eundem familiam , eadem imagines , eademve insignia habent , patet aditus ad successionem Regni ; filio sororis , qui est tertio gradu potius quam Nepoti fratris ex filia , qui sequentem gradum occupat , deferri success-*

Sed jam multa hac de re verba fecisse videor : ad alia transeamus ,



§.III.

^a lib. 1. Monopol. de Reg. success. tkef. 9. & 10. b Molin. cuius responsi reliquias tanquam naufragii tabulas colligit Cevallos , Raud. Riber. Moles , Lanar. Aguirre , aliisque innumeros , quos omittimus . c lcc. supracit.

*Affirmus legum auctoritate, &
Auctorum testimoniosis.*

Sed ab exemplis ad Jura descendamus, quod paucis expedire facillimum. Jus, quod sententiam Austriacorum defenderet, frustra eris diligens, si apud Auctores quæsiveris. Nulla tam ferrea Natio, quæ proximiores non prædilexit. Et verò si antiquas Romanorum leges per volutaveris à temporibus 12. tabul. ad extrema

Ex Jure Romano- Imperatorum tempora, quid aliud semper inventies, quam illud vulgatissimum propiores gradu, quo jure propiores, eo & potiores. Cum solis agnatis per *legem decemviralem* ad hæreditates patebat aditus: *Proximus agnatus familiam habeto*. Cum *Prætor* naturali æquitate motus sanguinis jura agnovit: *Proximo Cognato bonorum possessionem dabo*. Ubi lex *Voconia* in familiarum perennitatem rogata est: *Post consanguineos Agnatus mas propior hæres esto*. Ut tandem *Justinianus* in successionibus naturæ simplicitatem amplexus est, omni cognationis, & sexus differentia sublata: *Necessario proximiiori, sive à mare sit, sive à femina, sive mas sit, sive femina, legitima successio deferatur*.

Nec ulla apud Barbaros tam absurdâ lex, quæ contrarium statuerit: si ad consuetudines illarum Longobardorum adverteris, quæ in feudis, de feudis quorum natura vicina Regnis, legis loco habitæ consuetudines sunt; nihil frequentius occurrit, quam proximiioribus

bus feudorum successiones deferri^a:

Si Jus Pontificium attendas, satis idem *Ex Jure* evincunt duæ illæ decretales epistolæ, quarum *Pontificia* altera ad Regem Pannoniæ scripta est, altera ad Lusitaniæ Regem.^b

Sed si leges præterea, & consuetudines Hispaniarum, & Regni Neapolis Investituras insperxeris, eodem jure propinquioribus successio defertur. Ubi primùm enim Reges publico Populorum commodo instituti sunt, leges quasdam Regias sanxere, quarum immutabili jure *Ex legibus, quas de Regnis latè sunt.* Regna regerentur, quas recepto apud cunctas latè sunt. fere Gentes vocabulo, *fundamentales* appellabant, quemadmodum in Gallia *lex Salica*, in Lusitania *lex mentalis*, & in Hispaniis *lex illa Pelagii*. Hæ namque illæ leges^c sunt, quibus Respublicæ Reges sibi constituerunt.

En legem Hispaniarum: *E aun mandaron, Regia His- que el hijo mayor muriese antes, que heredasse, Spaniarū, si dexasse hijo, que huviesse de su muger legitima, o aquell, o aquella lo huviesse, e no otro nin- guno, pero si todos estos faleciesen, deve heredar el Reyno el mas propinquo pariente, que huviesse.*

En investituras Regni Neapolis, quæ pro *Investitu-* legibus fundamentalibus habitæ sunt, quarum *re Regni Neap.* antiquiorem non reperi, nisi illam Regis Caroli Andegavensis, nam cæteræ prædecessorum

F Re-

^a c. 1. §. Titius, ibi proximior Agnatus: si de feud. defunct. fuerit contr. c. 1. de success. feud. b. c. licet de voto. c. grandi de supplend. neglig. Prælat. in 6. c Carpzov. ad leges Germaniæ. d 1. 2. §. novis, ff. de origin. jur. ibi: constituto Principe, l. 1. de constit. Princip. Duaren. lib. 2. c. 19.

Regum adeò breves, & mutilæ sunt ; ut intellectu juris potius , quàm expressis verbis Regni successionem definiant . hæc habet illa Clementis Quarti Pontificis pro masculis , & fœminis ^{Concessa}_{Carolo An-} ^a : Item si aliquem Regem Siciliæ , vel Regavensi- ginam sine prole legitima sui corporis mori contigerit , in futurum succedant iisdem servatis gradibus . Quod expressè cautum fuit in investitura Regi Ferdinando concessa à Summo Pontifice Julio Secundo , cuius hæc sunt verba : ^b Descendentes autem ex ipso Ferdinando Rege , aut suis heredibus , & successoribus præfatis mares , & fœminæ in eodem Regno Siciliæ , & Hierusalem succedant , ita tamen , quod masculi faminis , & natu majores minoribus in eodem gradu præferantur , & sic exinde in omnibus successionibus observetur . Volumus tamen filium , vel filiam filii , vel filia majoris etiam in vita Patris , & Matris præmortui , aut præmortue in successione prædicta semper Patruo , vel Amitæ , aut Materteræ , aliis transversalibus præferri .

Eadem extat formula in reliquis aliis investituris post Ferdinandum a Carolo Quinto cæteris Regibus concessis ^c . Nulla igitur , opinor , justa dubitatio tibi supererit , cum illud antè oculos tibi proposueris , pro Rege Hispaniarum pugnare leges fundamentales , pugnare item apertissima verba Investituræ .

Si de Doctorum consensu forte dubitaveris , vereor , ne statim te dubitasse pœniteat :

Auctorum

fil-

^a apud Baron-an. 1159. Besold. de Reg. Sicil. ann. 1159.
Mazzel. in vita Federici II. ^b Sammonte in hist. Regni Neap. ^c quem resert Marta de jurisd. c. 25. n. 28. lib. 1,

silvescentibus DD. auctoritatibus præsentem Epi-
 stolam infarcire , instituti nostri ratio non finit: ^{sensus est}
 præterquamquod sordebunt tibi in politieribus ^{pro cognac-}
 litteris semper versato Oldrad. ^a, & alii , quos si ^{to proxim-}
 omnes adduxerimus , deficeret sanè dies . Verùm
 inter tot , tantosque Auctores aliqua doctissimo-
 rum hominum testimonia , quorum auctoritas
 plurimùm apud te valere , scio , non omittam.
 Thomas Obbes ^b doctissimus ille Anglus , cum
 de Regum successione verba faceret , hæc ha-
 bet: *Qua ratione succeditur ad Imperium , ea-*
dem quoque succeditur ad Ius successionis . Æqui-
 parat doctissimus ille vir privatorum successiones
 cum successionibus Regni , itaut utrobique pro-
 ximitas gradus spectanda sit . Idem etiam do-
 cuit Puffendorf ^c . *Quid si autem (inquit) in Puffendor-*
busmodi Regnis Rex sine prole sit , fratres , aut ^{fius.}
sorores succedant , & his deficientibus , prout quis-
gue defunctum proximè attingit , salva tamen
sexus , & ætatis prærogativa .

Sed audi illos duos insignes viros Hugo-
 nem scilicet Grotium ^d , & Jacobum Cujacium:
 ille in tract. de jure belli , hæc habet : Itaut hoc ^{Hugo Gro-}
 ipsum Ius in posteris ex primo Rege venientes ^{tius.}

F 2 ne-

a Oldrad. Bald. Innoc. Archidiac. Alex. Jo: Monac. in c.
 grandi de supplen. neglig. Prælat. in 6. Panorm. in c.
 intellectio de jur. jurand. Coppin. de dem. Franc. lib. 2.
 tit. 10. Borrell. de præstant. Reg. Citt. c. 46. ¶ 57.
 Cyriet. de primog. lib. 2. q. 8 n. 4. Gulielm. de Mon-
 ferr. de succeß. Reg. par. 1. n. 35. ¶ 36. Aguirre in
 Apolog. succeß. Regn. Portugall.

b Obbes de jure c. 9. §. 19.

c Puffendor. de jur. natur. lib. 7 §. 11. c. 1.

d Grot. de jur. belli t. 7. lib. 2.

necessariò transeat; sed ordine certo, ut primum vocentur liberi ultimi Possefforis primi gradus, tam qui vivunt, quam qui mortui sunt; tam verò inter vivos, & mortuos ratio habeatur sexus primum, deinde etatis; mortuorum autem Jus si prævaleat, transeat ad eos, qui ab ipsis descendunt, pari rursus inter pares prærogativa sexus, ac deinceps etatis, salvaque semper transmissione vivorum in mortuos; si liberi defint, venit ad alios, qui proximi sint.

Jacobus Cujacius. En Jacob. Cujacius^a de Regno Portugalliae respondens, ita paucis rem absolvit: *Hujus responsi tria sunt capita, quorum priore nihil certius, quia cum proximitatis jure eos, qui proprio nomine cognati appellantur, quales Henrico Regi sunt filius sororis, & nepos fratri ex filio ad successiōnem vocari constet, & Henrico, de cuius successione queritur, gradu proximior sit, quam nepos fratri ex filia, consequens est in successione ejus buic illum præferri.*

S. V.

*Potentissimum Regem Hispaniarum justum
esse successorem lege Regni,
& Politie.*

VIdimus hactenus, quantum extremum illud defuncti Hispaniarum Regis judicium legibus fuerit consentaneum, quam justa fuerit haec Regis designatio: Sed si qui forte tot legibus, tot exemplis, & tot Auctorum consensui,

a Cujac.consul.unic. post tom.4. ad divers. tit. pandit.

sensui non acquieverint; sciant, aliam superesse legem, cui frementes, frendentesque acquiescant, necesse erit, legem scilicet Politiae, Legi Potestis reliqua tanquam omnium Regnorum Domina ple-^{qua cum}
no arbitrio, si non arriserit legitimus successor, ita illi successionem adimit, ut omnes alias leges vel supereret, vel aspernetur. Ubi verò paulum illa inclinaverit, successorem ceteroqui non legitimum vocat, invitat, rapit. Hec illa est excea^{ta}, & ultima Regum ratio, commune Reipublicae bonum, & illa omnium potissima utilitatis publicae causa, quæ tantum in omni controversia valet, ut ejus causa omnia præter Juris ordinem, & contra Juris communis regulas permittantur, quæ alias non licerent. Multa autem, inquit, Jurisconsultus ^a Jure civili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest: quinimmo illud apud Interpretes ^b receptum est: quod omnes liceat abrogare leges, ubi publicae causæ ratio urgeat: omnia Principi licent, ut

Clavum rectum teneat, navimque gubernet. ^c

Quæ cùm ita se habeant in privatis controvësiis, in Regnorum successionibus magis obtinent: in his enim salus Populi suprema lex est, & quæ, ut ait Plutarchus: Οὐκ ἐν βιβλιοῖς εἴ^d γεγραμμένος, οὐκ δὲ τίσι ξυλοῖς αλλὰ ἐμψυχος ὁν ἔαυτω^e λόγος αἱ συνοικῶν καὶ αεργάλαττων, καὶ μηδὲ ποτὲ θύμου.

Salus populi regis na legum,

χλύν

^a I. si ita vulneratus, ff. ad I. Aquil. & est comm. opinio.

^b c. Abbate, §. fin. vers. præfert. in de re judic. lib. 6. Alex.

in I. i. n. 4. ff. sol. matr. n. 88. Aiciati n. 49. Bero. conf. 10.

n. 48. Gaill. lib. 2. b. serv. lib. 6. c. 9. n. 23. ^c Virgilius.

*χλων εων ερημων κιδεροιας, non in libris scripta,
nec incisa tabulis, sed animae est insita, semper
cum ea vivit, nec unquam animam absque sui cu-
stodia, curaque relinquit.* Non aliae servandae
Dominans Baldi au- leges sunt in hujusmodi controversiis, nisi quas
etoritas. vel Regni necessitas, vel Populi felicitas extorse-
rit. Propterea recte *Baldum* a sensisse, arbitra-
muri, posse Regem ob causam publicam præteri-
re Primogenitum, & alios successores legit-
imos, aliosque vocare, quos publicus Populi favor
admiserit.

*Exempla ubi utili-
tas Regni adju-
vit Regni succe-
ssio-
nes.*

Præclara hujus rei è sacris litteris exempla peti possunt, quorum alterum est Davidis Regis Regum omnium prudentissimi, qui filio natu majori Salomonem prætulit juniorem. Alterum Roboami, qui Abiam omnium filiorum minimum Regno præposuit. Illud enim in Regnis rectum, & verum est, quod necessarium: & ille bonus erit Princeps, qui de Regno ita dis ponit, ut potius Reipublicæ commodis prospiciat, quam ut suorum successorum juribus consulat, nam ut inquit *Paulus* ^b Jurisconsultus: *Salutem Reipublicæ tueri nulli magis con venit, quam Principi.* Notum illud *Taciti* ^c sub Drusi filiorum exemplo ad Principes: *Ita nati estis*

^a *Bald.* in aut ^b hoc ampliâ, C. d. fideicom. *Rojas* de incom patib. p. 6. n. 2. 4. & 5. *Rand.* in tract. de Princip. conf. 12. *Aretin.* in c. duobus sol. 2. ff. de vulg. *Gasp. Valasc.* in repetit. l. Imperiale col. 24. vers. & Reges, & col. 64. ff. de jurisd. omn. Jud. Palat. *Rub.* in repetit. c. per vestras, §. 26. col. 3. n. 9. & post Corseot. Jaf. & alios Tiraquell. qu. 21. n. 11. de primog. ^b *Paul.* in l. nam salutem de offic. Praefect. vigil. ^c lib. 4. c. 8.

estis, ut bona, malaque vestra ad Rempublicam pertineant: Ita Alexander Magnus interrogatus, quem sibi successorem vellet? nec de Aridæo fratre, nec de Roxane prægnante, nec de Hercule filio mentionem ullam fecit, sed illum, jussit, & respondit, esse successurum, qui fuerit dignior.^a

Pyrrhus cum plures habuerit filios, illum sibi, jussit, hæredem esse, qui gladium habuerit acutiorem.^b

Antoninus Philosophus noluit sibi esse hæredem Commodum filium, quod indignum præficeret, propterea animus illi erat substituendi meliorem.

Et ut antiqua relinquam, non erravit for-
tè *Baldus*,^c cùm suspicaretur, ità pro Rege *Qui utilis Regno Princeps, is justus,* Roberto pronunciatum, quia utilius id Reipu- blicæ fore existimatum fuit. Quod idem de Rege Ferdinandō in successione Martini Aragoniæ Regis, testantur Auctores.

Age modò videamus, num fuisset è Repu- blica alium creare Regem, & nùm benè non modo rebus Hispanicis, verum etiam universo Christianorum Orbi consultum fuerit.

Aderant in conspectu omnia, quæ inter His- paniarum Proceres pro publico bono discep- tata jamdiù fuere, cum pacem inter Gallos, & Hispanos paciscerentur. Itaque ante oculos

ver-

^a *Iustin. lib. 15.* ^b *Plintarch. in Pyrrbo.*

^c *Bald. in l. ut int. stat. C. de suis, & legit. bærad. ibi: Pa- pam prænunciisse in favorim Roberti propter utilitatem publicam, & propter immensam sapientiam Roberti, & quod jam possidebat Regnum, & non potuisse inde ex- pelli absque maximis strage, & jactura Regni.*

versabantur , quæ disertissimè expresserat Rex
Pater Philippus Quartus , cum renunciationem

*Pax His-panorum cum Gal-licis , & in-confusum Imperiu-
duo poti-j-Sima pu-blica felici-tatis bi-
Spanicae consilia.* Infantis stipularetur : Duo enim erant summa tra ētationis capita , quibus benē rebus Hispanicis consuleretur : Pax scilicet perpetua cum Gallis , & in hac pace Regnorum divisio , nē duo hæc florentissima Imperia jungerentur , & unum alteri subderetur . Hoc spectavit prudenter . Si libet , verba tibi subiiciam renunciationis , ex quibus illico inspexeris , quod si Rex Hispaniarum Carolus aliter egisset , rata illa politica Patris sui axiomata fregisset . Quæ por quanto por las Magestadcs Catholica , y Christianissima se bā venido , y viene en esto casamiento , para con el vinculo de perpetuar , y asegurar mas la paz publica de la Christiandad , que se desea , y en consideracion delas justas caussas , que muestran , y persuaden las conveniencias del dicho casamiento , mediante el qual y con el favor , y gracia de Dios se pueden esperar felices successos en gran bien , y aumento de la fee , y Religion Christiana , y beneficio comun de los Reynos , subditos , y Vassallos de ambas Coronas , y por lo que importa al estado publico , y conservacion dellos , que siendo tan grandes , no se junten .

Quæ si feliciori illo tempore cum Rex vivet , vera erant , ut quidem verissima ; an non magis urgebant , cum eo res deducta esset , ut Hispaniæ Rege orbarentur ? Ità sanè : nam vastissimum Hispaniarum Imperium , & amplissimum , ac decuplo majus Romano , ut Bodin obitum . nus ajunt , & Lipsius , tam longè , latèque di-

*Imago His-panici: Im-
perii sub-Caroli II.*

ditione diffusa, quod magnitudine jam laboraret sua, & longis tot bellorum incommodis defatigatum respirandi aliquod spatum vel pace, vel fœdere vehementer exposcebat, quo contritis diuturno bello viribus, amplissimis Monarchie Regnis, si non pristinam firmitatem, instaurationem saltem aliquam sperare posset: & eò res progressa erat, ut media consilia capere amplius non expediret. Cùmque justissimus, & piissimus Rex sèvissimas illas præteritas bellorum tempestate, & futura, quæ impendebant, pericula, animo reputaret; in tanta Regnorum fluctuatione, quid aliud Politiae ratio ei suadere poterat, quàm cum finitimi, cum quibus jamdiù periculose bellum gesserat, perpetuum fœdus fancire, ^{ταείσθαι δέ} ^{δεῖ συμφαχίαν ὅταν μὴ ἀνάγκη τις ή ποιεῖθαι αὐτούς,} ^{η μαρτυρούσι το ποιεῖται απεσχετι. καὶ αδιπισταὶ ὡσικῷ τοῖς} ^{ωροτήκοστας φέργυιθεθαι καιροῖς.}, & Regem creare, qui fluctuant Reipublicæ variis agitatæ tempestibus, veluti Navi, non modo optimus Rector naufragii periculum caveret, & ex tot fluctibus incolumem felicitè in Portum appelleret. Hinc una salus, hinc omnis firma opis, & auxilii spes: à Principibus enim longè dissitis nullum sanè præsidium expectandum, quod præsto esset, & præsentaneum: qui succurreret præsens nemo erat: satis paratus nemo. Constabat Gallos armorum avidissimos: ^b nec illi ignota bellica hujus Nationis virtus, & quantùm non solùm cæteras Nationes

G

armis

^a Aristotil. retor. ad Alexandr. cap. ult. lib. 4. Non oportet societatem inire, cum aut nulla adsit necessitas illam incundi: aut socii longè distent, aut non possint opporsi ad se finissimis. ^b Ita illos Livius appellat.

armis terruerint, verum etiam Romanos invictos illos Terrarum Orbis Dominos, quibus eò formidabiles fuere, ut lege sancirent, ut si quando cùm Gallis pugnandum esset, nemo à militia, nec Senex, nec Sacerdos vacaret: ^a Οὐς μάλιστα ἡ ωμαῖα δεῖσαι δοκοῦσιν ἀπε δη τῶν πολινυν αυτῶν ἀποβαλόντες εξ ἐκείνων οὐ γάρ δεμενοι νόμον απέλεις εἰς γεργεῖας τὰς ιερέας πλήν ει μὴ γαλατικος παλιν ἐπελθοι πολεμος. ^b Οὐπο δ' αὐτὸν ὁ φόβος τοιχυρὸς οὐτε θεᾶται νομον αφεῖδαι τὰς ιερέας γεργεῖας χοεῖς αὐτὸν μὴ γαλατικος οὐ πόλεμος.

Hos Hispánicis Regnis adhærentes, omnia, si res aliter accidisset, quis non credat, ausuros, ut Hispárias subito peterent, vel jure suo, vel jure belli? Quidnam auxiliū ferri ab Austriacis poterat, quibus longo Terrarum spatio, & immenso mariū intervallo copiarum commeatum Terra, Marique natura intercluserat? Unde nam promptius, & pacis ornamenta, & belli subsidia parare potuissent? præsertim cùm defuncto Rege, nemo in Hispániis superesset, qui gubernacula Regni susciperet? Quin Hispániis Proceribus in partes discendentibus, eò res rediisset, ut intestinis, externisque bellis tam nobile Imperium, à quo jam pridè Europa penè omnis leges acceperat, dubio marte diyexaretur.

*Commoda ex Philip-
pi successione publi-
cè partu.* At verò singulari Dei Optimi Maximi prævidentia factum est, ut quod felicioribus Monarchiæ temporibus, nec Galli, nec Hispáni conseguiri unquam potuerint, in hoc gravissimo Reipublicæ tempore, in tanta rerum perturbatione

a Plutarc. in vita Marcelli.

b Item in Camillo.

tione adepti sint, ut potentissimi Reges aeterno pacis vinculo conscientur? quid Hispanis felicius contingere unquam potuit, quid item Gallis, quam invictam utriusque Regni Gentem perpetuis foederibus conciliari? o felicem inter Gallos, & Hispanos viciniam, si ad pacem omnia componantur, infelicissimam, si bella molestiantur!

Delenda erat tandem vetus illa præteritæ hostilitatis memoria; quæ jamdiu in Gallorum, Hispanorumque animis altius infedit, atque invente-ravit. Et verò quantum retroætis temporibus in conciliandis Hispanis cum Gallis laboratum fuerit, an non tu nosti, qui in historiis adeò versatus es? nulla enim Gens felices Hispanorum progressus remorata est tantoperè, quantum Galli, sive ejus extitit causa, ingeniorum dissimilitudo, sive belli gloria, aut Regni cupiditas, sive quædam utrique Genti æmulatio insita, quæ primum cœpit inter Ferdinandum, & Carolum Nonum Gallorum Regem, occasione expeditionis, quam pro Regno Neapolitano suscepit, quæ iterum excitata est ex nuptiis Reginæ Joanne Ferdinandi filiæ cum Philippo Austriaco, undè ad Hispanos Belgium, & Burgundia venerunt. Quibus antiquis æmulationibus rursùs accesserunt bella inter Carolum Quintum Imperatorem, & Regem Franciscum Primum, inter Regem Philippum Secundum, & Henricum, & ut uno verbo expediam, nullus deinceps Rex nec inter Gallos, nec inter Hispanos fuit, qui perpetua inter se bella non exercerent: & ut scripsit de Cartaginensibus, &

*Bellica H.
spanorūq;
Gallorūq;
æmulatio.*

G 2 Ro

Romanis *Livius* : odiis etiam propè majoribus certarunt , quām viribus : adeout nihil omnium opinione difficultius existimabatur , quām cautionem aliquam , vel consilium invenire , quo hæduæ Nationes coalescerent , & à tām longa bellorum jaētatione tandem aliquando desisterent : quod *Cardinalis Mazarinus*^a in pacis ad *Pyrenæos* conventionibus , se jam assicutum fuisse longa quadam oratione demonstrare conatus est.

Quæ omnia nunc feliciter jam consecuti sumus , & præstítit hac sua dispositione Rex prudenterissimus , cum Regem creaverit illum Hispanis , qui Populos diuturna recrearet pace , nuntantem Majestatem confirmaret , labantem erigeret Monarchiam , Hispanico nomini gloriā restitueret , Imperium stabiliret , augeret , exornaret .

Cūmque illud Galbæ secūm animo voluaret , *Regem non in domo querendum , sed in Republica* , feliciori Hispanorum fato contigit , ut cum Regem optimum quæreret , & in Republica , & in Domo inveniret , illum scilicet , qui & Politiae jure , & legibus ad successionem vocatus erat . Quid autem ad Rempublicam conducibilius , quām hac Regis creatione , pacem cūm Gallis inire perpetuam ? At qualem pacem ? qualem pactus olim fuit cum *Locrensisbus Hannibal* , ^b ut liberi scilicet suis legibus ,

^a *Guald. in hist. pacis Pyren.pag. 90-10: Bockman. in notit. Orb. Terrar. de Rcg. Hisp.c. 1. §. 13.*

^b *Livius hist. Decad. 3. lib. 4. ut liberi suis legibus vivearent : Urbs pariter, & portus in potestate Locrensiā esset: societas eo jure staret, ut Pænus Locrenſe, Locrensisque Pœnum bello, ac pace juvaret.*

gibus viverent Hispani , ut omnes Urbes , Re-
gna , & Portus in eorum potestate essent , ut i-
dem Magistratus , eadem Imperia , & societas ,
eo Jure starent , ut Hispanus Gallum , Gallus
Hispanum bello , ac pace juvaret . Ità inter po-
tentissimos vicinos , qui neque vincere , neque
vinci sine utriusque periculo possent , firmissima
pax parta est : Regna enim , & Populi ob id sibi
deligere solent Regem , qui scilicet pacem Ci-
vibus , & felicitatem procurare valeat . Propte-
reà , & si aliis legibus , qui tamen vocatus est ,
ab hac successione arceretur , lege tamen illa
Suprema Regni , ob quam Gentes olim Reges
instituerunt , vocandus esset . Meminisse te , ve-
lim , quod scripsit Plinius de Trajano , qui illum
proximum Successorem , & sibi conjunctissi-
mum existimabat , quem optimum , & ad Repub-
licam servandam inveniret . Adeò semper
vehementer hæc ratio apud omnes Principes
prævaluuit : ut sanguinis conjunctionem supera-
ret ! Oportebat , hunc creare Regem , etsi ipse
sanguine conjunctus non fuisset : quanto igitur
magis oportuit eundem creare , non solùm Re-
gni Hispaniarum justum , ac legitimum Succes-
sorem , verùmetiam , qui Avitæ Galliarum Re-
gis virtutis , & gloriæ esset hæres , qui non so-
lùm Terra , Marique hostes vinceret , sed etiam
armorum auctoritate terreret .

At commoda haētenūs explicui , quæ ex Incommo-
hac successione provenerint : verūm quæ , & qua- da, Success-
lia accidissent , per Deum immortalem , incom- so. et philip-
moda , si aliter res ipsa accidisset ? Id exequar p., publicis
sed invitus : non enim me fugit , quantum hæc tūs decli- nata .

tu,

tu, Vir in rebus publicis versatissimus; benè noveris. Alterum sanè periculorum subeundum erat, ut vel illa sequeretur utriusque Monarchiæ conjunctio, vel Regnum divisio, omnium malorum caput, & extrema Monarchiæ pernicië: utrum perniciosius fuerit, affirmare non ausim. Illud tantum interea non dissimulaverim: si quid unquam universo Terrarum Orbi Summo Dei Optimi Maximi beneficio, & singulari providentia datum, & oblatum est, quo jure meritò vehementissimè nobis gratulandum, ac summa lœtitia gestiendum, & gratias illi agendum immortales; id profectò contigit illo die, quo talem, tantumque Regem legibus Hispaniæ datum, supremi defuncti Regis judicio designatum, incomparabili Parentum munificentia, & magnanima refutatione confirmatum, in extremis ferè Reipublicæ temporibus omnium votis expetitum, inexpectato tot Regnum bono Hispaniæ exoptarunt, petierunt, naëtæ sunt, adeòt cum Plinio^a exclamare liceat: *Quid præstabilius est, aut pulchrius Deorum donum, quam castus, & sanctus, & Diis simillimus Princeps?* Ac si adhuc dubium fuisset, sorte, casuque Rectores Terris, an aliquo numine darentur; Principem tamen nostrum liqueret diuinus constitutum, non enim occulta potestate Fatorum, sed ab Iove ipso coram, ac palam retur ad Ita pertus, electus est. Ita sanè, nam id Regni transalpina sollicitudines. quillitas expostulabat, & una Regnum lex.

Digredi-
tur ad Ita
lia sollici-
tudines.
vota, gra-
tes pro Phi-
lippi V. suc-
cessione.

Non crediderim tibi excidisse, quisnam tunc fuerit unanimis Italiae consensus, cùm pri-

^a in panegyric. ad Trajan. in princip.

primum periculoſo morbo laborantem Hispanum Regem audivissemus. Quid aliud, quæſo, in omnium prudentiſſimorum hominum mentem venerat, ut illud periculum averterent, nè non ſolū Italia, verū etiam melioris Europæ partis status, & facies infeličiſſima rerum perturbatione fœdaretur. Hoc unum ſupererat remedium, ne felix, qua fruebamur, rerum constitutio novaretur, hæc una ſalus: Cumque renunciatum fuifſet, illum immatura, impotunaque morte præceptum, omnia perturbatum iri merito timeremus; illud in hoc malo Italiā ſolabatur, quod apertis testamenti tabulis talem ſibi dederit Successorem, quo ſui deſiderium non relinqueret, qui res omnes penè proſtratas erigeret, pericula omnia arceret, & integrum, & indiſiſam ſervaret Monarchiam; Meminiffe juvat, quantam latitiam omnibus attulerit ille Nuncius, à quo testamentum publicatum reſcivimus. Nullus fanè fuit, qui hujuſmodi testamentum laudibus non ornaret, cumularet, extolleret: omnes latitia diſfluenteſ in hæc verba prorupere. O testamentum tanto Principe verè dignum! O supremam piissimi, & prudentiſſimi Regis voluntatem, ſecuritatem Monarchiæ, quietem Italiæ, tot Populis ſecura pacis ocia mirificè parituram! Sed inter gaudia adhuc ille ſuberat timor, qui omnium invaderat animos, nè forteſ res non ex voto ſuccederet, & omnes ea cura inter ſpem, & metum ſollicitos habuit. Praclarè enim omnes ſenſerant, quantum ſub tanto Rege eſſent bonorum cumulum conſecuturi, quam-

tam contra , & qualem passuri jacturam ; si hac spe , in quam erecti jam erant , frustrarentur . Tot imminebant bellorum turbines , depopulationes Regnorum , Urbium vastitates . Cum autem renunciatum est , Galliam testamenti tabulas acceptasse ; quantam is Nuncius latitiam attulerit , tu tecum ipse reputa . Certè universam Italiam gestientem latitia vidimus bono pacis , & exultantem Religionis bono Romanum . Nullus sanè dies cunctis Gentibus candidior illuxit , quo hæc omnia tam feliciter gesta sunt : nec aliud crebris omnium sermonibus usurpatum , quæ magna illa Galliæ Regis omnium maximi , & Serenissimi Delphini incomparabilis animi Principis tot Regnum refutatio .

*Redit ad
incipitum:
quæ mala
Philippus
Successor
averterit?*

Sed ad rem propositam redeamus : finge Regem Hispaniarum aliter disposuisse ; quis , obsecro , animo capere unquam possit , quantæ hostium incursions , quot Populorum seditiones , quæ rerum omnium confusio ! fortasse antalem , tantamque injuriam dissimulatum iri à Serenissimo Delphino , sperandum erat ? nusquam quidem . Quid ! Potentissimus hic Princeps jus successionis sibi delatum , sibi asserturus armatus in Hispanias proficiscitur : cedendumne , an pugnandum ? atqui nec deditio , nec belli periculum vitaretur . Sive enim Hispaniæ viæ cederent , sive sine prælio successorem admittarent ; en illa tot seculis invisa Hispanis utriusque Regni commixtio , sive potius confusio : Ecce Gallicano in Provinciæ formam redactas Hispanias : Ecce Regno cœfusio . Monarchiam tot Reginam Gentium , & Dominam

*Destra-
tur Hispan-
nici cum que Regni commixtio , sive potius confusio : Ecce Gallicano in Provinciæ formam redactas Hispanias : Ecce Regno cœfusio .*

nam Provinciarum ab stirpe eversam: ecce illorum nomen universo terrarum Orbe celeberrimum perpetua oblivione obliteratum: Nationem ecce illam, quæ pacis, & belli artibus tantam sibi gloriam comparaverat, sine armis, sine bello, repente vietam: Gallia verò clavum teneret, illinc omnia Rector moderaretur: Et quem Gallia, non autem quem propria vel virtus, vel fortuna dedit cursum. Hispaniae sequerentur. Illinc legibus auctoritas, Magistratis honor accederet, & Praefecti, qui Regnum gubernacula susciperent, mitterentur. Illic belli indictiones, percussionses fœderum, pacis conditiones, Arcium præsidia, urbium custodie, ut nihil aliud Hispanis, quam obsequii gloria relinqueretur.

Sed finge iterum, nullum suisse bellum: alterum restabat divisionis periculum, quo nihil perniciosius, detestabilius nihil, nè tot, tanta que Regna diuturno amoris nexu, & tanta animorum connexione, tam longo temporis intervallo inter se sociata, à suo pulcherrimo capite immaniter divellerentur! Ante oculos piissimi Regis obversabantur tristissima illa, & omnibus invisa divisionis imago, dilaceratum Imperium, Provinciæ divulsæ, amplissimum Monarchiæ corpus in tot membra disceptum. Et verò nihil ad interitum Reipublicæ, & perniciem Regnum exitiosius, quam divisio Provinciarum: Quænam divisa Imperia diù permanerunt? Numnè sacras litteras mentiri posse, credideris, cum disertè in illis scriptum: *Regnum divisum desolabitur?* Nonne Imperium

perium Romanum divisione perit? Nonne idem accedit Imperio Alexandri divisionis malum; Nonne adhuc luget Græcia? quot mala peperit in cæteris Regnis divisio? quot inter Gallos? quot demum inter Hispanos? hæc Reipublicæ pestis ubi in Regno semel irrepserit, vel citò evertuntur, vel labefactis subinde, & debilitatis divisione viribus, tabe veluti quadam infecta Imperia consenescunt, languent, & brevi tempori spatio dilabuntur.

Quæ cum per te tutè intelligas, quænam Optimi dubitatio tibi supererit, quod aliud ex legibus Principis Officium Politie Rex Hispanis dari non poterat. Hanc piissimus ille Rex, dum testaretur, Politiae legem sequutus est, quam ex Platone sequentibus verbis expressit Tullius: *Qui Reipublicæ (inquit) præfuturi sunt, duo præcepta Platonis teneant: Unum, ut utilitatem Civium sic tueantur, ut quæcumque agunt, ad eam referant, oblii commodorum suorum: Alterum, ut totum corpus Reipublicæ curent, nè cum partem aliquam tuerintur, reliquas deserant.*

Caroli 11. de deligen ra vehementer agitabant. Occurrebat primò illo Successor-lud, ne intestatus decederet: recta quod admiratore Philiппo sapientissimis Augusti memoria recolens, ne Successor in ma d. uibe- incerto foret^a: illud etiam^b: *Reges Pastores esse Populorum, non suam esse Rempublicam, sed se Reipublicæ*. In mentem venerat illud Galbae, se sua senectute non plus Populo Ro-

^a Tacit. annal. lib. 3.

^b Senec. de clement. lib. 1. c. 9.

Romano conferre posse , quām bonum successo-
rem^c. Item illud : Principem , cūm in omnibus
rebus , tūm in successore deligendo duo sequi
oportere , Justitiam , & Populorum utilitatem .
Illam esse firmissimam Regni Anchoram , hanc
certissimum Reipublicæ gubernaculum : maximos
Reges mortalitatis vices reparaturos , id in pri-
mis curare , ut Successorem deligant Regno pa-
rem ; Illud præterea : leges antiquas custodien-
das , & in Republica nihil novandum : illum
& bonum Civem esse , & bonum Principem ,
qui vetera Regni instituta servarit ^d : atque ,
ut ait Græcus Romanarum antiquitatum Auëtor:
καὶ τεργίτος ἦν βασιλεὺς ὁ δικαιότατος τε καὶ νομιμά-
τος , καὶ μηδὲν ἐκδιαιπόμενος οὐ πατεῖων . δηλοὶ δὲ
καὶ Οὐμπρος , δικαιοπόλοις τὲ καλῶν τὸν βασιλεὺς , καὶ
Δεμιουρόδοις . Optimusque Rex habebatur , qui
*esset justissimus , & legum servantissimus , nus-
quam discedens ab institutis Patriis : id , quod ex*
*Homero etiam liquet , dum Reges vocat δικαιοπό-
λοις , sive δεμιουρόδοις , hoc est juris trattatores ,*
*ob oculos obversabantur Hispaniæ , suas legum ta-
bulas obstentantes instare , urgere , ut quo jure à*
majoribus per fœminas Regna quæsierit , eodem
Jure Posteris per fœminas sibi omnium maximè
necessariis relinqueret . Contra anceps negotium
*esse , nec à Deo impunè abiturum , leges mu-
tari , & novis rebus collapsum iri Republicas .*
Tot inter , tantisque ambages cogitationibus
ita defixus , cum illud Livii^e secum animo re-

H 2 vol-

^c Tacit.lib.1. Histor. ^d Alicarnassus Romanor. anti-

quit. lib. 5. pag. 337. num. 10.

^e ivius bibl. lib. 2. c. 3.

Carli II. volveret, ne in aleam tanti casus se, Regnum-
 Testamen- que daret; Deum Optimum Maximum pio, ut
 tum non erat animo precatus est, ut in tantis rerum,
 fine Nume- perturbationibus suam mentem dirigeret, ut quod
 mine con- diù pararet, Reipublicæ tandem aliquando pro-
 datum. cederet, & ut benè, & felicitè eveniret, quod
 ipse jussisset. An nescis, quod sacris litteris
 proditum est? cor Regis in manu Domini, quo-
 cumque voluerit, inclinabit illud. Deus, A-
 mice, Deus optimus ille, & justissimus rerum
 omnium moderator hujus testamenti auctor.
 Cecidisse tibi hoc acerbissimo casu videbantur
 Hispaniæ: insana vulgi deceptio. Multa ceci-
 dere, inquit Seneca, ut altius surgant. Hispa-
 niis nimiùm Deo dilectis, nec illis ob singula-
 rum laus rem Gentis pietatem, & inculpatam Religio-
 à pietate nem unquam defuisse, nec in posterum defu-
 in Dcum, rum, quis est adeò rationis expers, qui non vi-
 derit, non capiat, non intelligat: omnium tem-
 porum annales testes sunt, testis est ipsa rerum
 omnium Magistra experientia, Hispanias fatalem
 fidei murum, & Christianæ Religionis unicum
 suisse propugnaculum, acerrimi nostræ Fidei ho-
 stes consistentur^a, adeout potissimum Hispano-
 rum opus semper fuerit, ut ait Genebrardus^b:
 expugnare infideles, & paganos. Si non pigeat,
 audi laudes, quas hoc nomine Hispaniis cumu-
 lat lucupletissimus testis Baronius: ^c Hoc plane
 laudis sibi vindicat semper Ecclesia Catholi-
 ca in Hispania, ut non ab erroribus tantum,
 sed

^a Erasmus in panegyr. ad Philippum Primum.

^b Genebrar. in Chronic. lib. 4.

^c Baron. tom. 7. annal. 563. n. 17. col. 713.

*sed à suspicionibus esse voluerit suos immunes, quo
factum est, ut hoc ipso nostro seculo, cum longè,
latèque facibus bæreticorum Orbis inflammare-
tur, ipsa illæsa perstiterit, accurrentibus summa
celeritate Dei Ministris, si vel tenuem suspicio-
nis scintillam, vel si non ignem, fumum saltem
viderint, larentis ignis indicium, ipso præcipue
Rege Catholico super omnes in opus naviter in-
cumbente. Itaque Divino Spiritu afflatus illud
fecit, quod optimum Principem decuit, procul
habere bella, & pacatos habere finitos, jus
suum suis reddere, & miro quodam nexu, quod
rarò accidit, Populi utilitatem cum honestate
conjugere.*

*Justum igitur non solum hujusmodi testa- Optimi
mentum, sed etiam politicum appellabis: qui- Successoris
nimò cum animum ad illud aliquando intendo, à Populis
tria mihi videre videor; Hispaniarum Populos petitio, à
suum Regem id precantes, quod lib. 3. Reg. signatio, à
scriptum est: Domine mi Rex: in te oculi re- Ludovico.
spiciunt totius Israel, ut indices eis, qui sede- & ncessio
re debent in folio tuo, Domine Rex, post te? & digna
Item piissimum illum Regem, dum testaretur, imagine
qua justitia in suos admonitum, qua pietate in expressio
Populos commotum, & lacrymis penè obortis
alloquentem, illud Imperatoris Hadriani usurpa-
re, cum Aurelium Antoninum convocatis Senato-
ribus sibi Successorem designasset, his verbis: ^a
καὶ διὰ πτὸ πρὸτερον μὲν τὸ Δούκιν ἐξ ἀπάντης ἐξέ-
χαρις οἵ, οὐδὲ εὐχαθα πᾶδα ἡδωνὴς τὸ δαιμόνιον
ημῖν αφεῖλετο. δῆρον αὐτὸς ἔκεινος ἀυτοκρατορεῖ οὐδὲν, οὐ
δίδωμι ἔνγενη, τῷραν ἔνοικτον φρόνιμον, μηδὲ ὑπό θεοτ-*

TOV

^a Dio in Hadrian. pag. 269. lit. C.

τος φροποτές, μηδ' ὑπὸ γήρως ἀμελεῖς ποιῆσαι τι διω-
μενον, τὴν μένον καὶ τοῖς σομοῖς, ὑγεμονευκότε καὶ τὰ πα-
ῖα, ὡςτε ωτὲ τὶ ἀγνεῖν τῷ εστιώ αρχῶν φερόντων καὶ
πᾶσιν ἀντοῖς καλῶς διώαδαι χρησαδαι. Quamob-
rem ego antea Lucium Commodum unum ex om-
nibus delegeram, qualem ne nasci quidem mibi
optare potui: sed cum eum mortis fata pereme-
rint, alterum pro illo vobis inveni, cumque
do vobis, nobilem, mitem, mansuetum, pru-
dentem, qui nihil temere propter juventutem
nihil propter senectutem negligenter potest face-
re: vixit enim semper legibus, sicutque cum Im-
periomoribus, & institutis Patriæ, ut neque ea,
quæ ad Imperatorem spectant, ignoret, neque
bis omnibus male uti possit.

Postremò potentissimum Galliarum Regem,
ut securitatem Populis assereret, & perpetuam
pacem stabiliret, hæc veluti classico Regio, ut
est, animo, canentem: ^b

*Non ego cum Teveris Italos parere jubebo,
Nec mibi Regna peto, paribus sed legibus, ambae
Invisitæ Gentes, æterna in fædera mittam.*

Sed vereor, cum de rebus politicis disser-
ram, ne illud item mihi accidat, quod illi
Philosopho coram Hannibale de rebus militari-
bus differenti. Privato enim homini, ut ipse
sum, abdita, & sacra Politiae adita introspicere
nefas est.

Vide, quo me deduxeris, ut cum in alienam, ut ajunt, messem falcem injecerim, à
cordatis Viris exhibeler, nisi me tuebitur auctoritas tua.

§. VI.

^b *Virgilus.*

§. VI.

In Regnis attenditur gradus proximitas respectu ultimi Defundti, non primi Regis.

HAnc gradus prærogativam, quām vitare non possunt Germani, declinare saltēm tentant: at parūm felicitèr: Hæc itā subdunt: *Ac respectively attendenda sit potius proximitas investito, & non altera ultimo Possessori: & alibi rursùs: non obstante oppositione forsitan facienda majoris proximitatis Serenissimi Andegavensis, habito respectu ad Invictissimum Carolum Scundum Regem Hispaniarum ultimum Possessorem dicti feudi.*

Fuit intèr DD. summa hac de re disputatio, sed in fideicommissis, & majoratibus: in Regnis autem nulla dissentio: ^a in his enim non cæterorum majorum propinquitas spectatur, sed ultimi morientis, sive legibus feudorum cœremus sive *Auctorum placitis*. Obviam in re feudali *Leges de statim nobis erit Ifernia*, qui hæc habet: *Ad feudorum successione mittitur aliis alterius lineæ, qui est proximior in consdecedenti: Quām sententiam cæteri sequuti sunt: quentiam Ecce Baldum*: *Sicq; pæcum interpretandum est, de successione inter feminas illa sit potior, quæ succedit rum pro in locum Personæ proximioris, non attento, quod ducuntur à primo stipite, in quo fuit prima Investitura facta distet remotiore gradu: Quæ mutuatus Soccin.* ^b *c Pro ista opinione (inquit) videtur esse text. in c. i.* ^c *de*

c c. i. de natur. success. feud.

b consil. 200. prope fin. vol. 5.

c. si cognatis, nu. 4. de reb. dub.

de natur. success. feud. ubi in feudo paterno, licet feudum deferatur ex provisione primi, tamen consideratur proximitas respectu ultimi admissi, Et hoc videtur decidere in feudis Andr. de Ifern. d. c. i., ubi dicit, quod ille admittitur ad feendum, qui est proximior accedenti.

Sed dum Italos relinquimus, Germanos proferamus: refellant illi, si poterunt, bona fide suos populares, locupletissimos scilicet testes, & Patronos, Schraderum^c, Rosentalium: Decimo quærc(inquit ille) utrum in successione feudi proximus sis dicatur, qui est proximus ultimo Vassallo defuncto, an vero sis, qui propriori linea attingit ipsum, qui primo feendum acquisivit? Et respondeo, proximiorem dici quoad successionem feudi illum, qui Vassallo defuncto, non autem illi, qui primo feendum acquisivit, proximior est. Quod adē verū existimavit Rosental.^d ut hæc verba protulerit: *Commnis, indubitate, ac vera opinio est, proximitatem respectu ultimi defuncti, non primi acquirentis faciendam esse, modo tamen nemo, nisi ex eo descendens admittatur.*

Verūm propriū ad rem nostram, hoc est, ad Regnorum successionem accedam. Novum sanè, & haec tenus inauditum illud est, quod Germani afferunt, in Regnis spectari proximatatem primi Regis, non ultimi.

Audi, si placet, Molinam^e: Decimum, ait, quod sicut in Regni successione proximitas non a qui numero probant primo Rege, nec Regni Instituto, sed ab ultimo prepedita.

^c Schrad. tratt. de feud. p. 7. c. 7. n. 19.

^d Rosental. c. 7. de feud. q. 57.

^e de Primog. lib. 1, cap. 3. n. 25.

timo ejusdem Regni Possessore accipienda est, ac consideranda: sic etiam in majoratus successione proximitas ab ultimo ejusdem Possessore, non autem à primo Institutore consideranda est. Addam tibi etiam præ cæteris *Castillum*^e, qui hæc habet: *Et tunc equidem debet considerari proximitas in Regni successione, non à primo Rege, sed ab ultimo ejusdem Regni Possessore.* Quod si aliter fieret, grave illud sequeretur absurdum, quod *Peguera* animadvertisit: *Nam si in majoratus successione proximitas respectu primi majoratus Institutoris consideranda foret, id à communicè accidentibus esse impossibile dici posset, quia cum Regnorum, vel Regalium dignitatum primogenia antiquissima sint, si in eorum successione proximitas à primo Instituto re consideranda foret, necessarium esset mille annorum circulos solvere.*

Plures alios haberem, quos tibi adducerem, sed vereor, ne tibi copia fatietatem faciat: unum tamèn silentio præterire non possum, quamvis id faciam invitus, quo neminem inveni neque doctiùs, neque fusiùs loquentem: is est Hispanus non obscuri nominis *Paz*^f de tenuta: Cujus verba, & si pluscula, integra tamèn recitatabo: *Quinta differentia est, nam proximitas in Regnorum successione consideratur respectu ultimi Regis, cui succeditur, quod perpetuo verùm est: quia cum non sit Persona instituens, cuius proximitas valcat considerari, sed omnibus de sanguine Regio naturaliter, & necessaria.*

I sario

^e *Cantrovers. lib. 3. cap. 19. nū. 137.*

^f *de tenuta tract. 2. cap. 85. nū. 62.*

sario successio deferatur, vel ex eo consequitur nullo modo considerari posse aliam proximitatem in Regnorum successione, nisi respectu Regis profundii, in cuius locum sequens subrogatur, & substituitur, ut praedita lege à Gotbis lata caretur: Ibi: Postremò etiam Gothi ejus legibus se adstrinxere pro lege perpetua statuentes, ut eorum Regis filius primogenitus vel major, si deest primus, si Pater fuerit Catholicus cujuscumque vel minimè sit aetatis, substituatur in Regnum, & probatur in d. l. 4. tit. 5. part. 2. in aliorum verò majoratuum successione satis disceptata quæstio fuit, an isthac proximitas deberet considerari respectu ultimi gravati, vel primi Institutori, à cuius manu omnes capiunt, l. unum ex familia, §. 1. ff. de legatis secundo, l. cohæredi, §. cum filiis ff. de vulgar. quām quæstionem latissimè disputavit, Soccinus in l. si cognatis, ff. de rebus dubiis, & in l. bæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellean., Covarr. in cap. 37. practic. quæstion., Gregor. Lopez in d. l 9., & in d. l. 2. Molin. lib. 1. c. 6. n. 27. Miercz 2. p. q. 3., quorum omnium opinio est: etiam in inferioribus majoratibus considerari proximitatem respectu ultimi Possessoris; Argumento sumpto à dispositis in Regno: & est text. in l. cum ita, §. in fideicommisso: Ibi: Et qui ex his proximo gradu procreati sunt: ff. de legat. secundo, vel si maris, primo gradu, ut in Florentin. Pandect. legitur. late Peralta ibid. num. 24. Omnes tamen praediti scribentes censent ab Instituente posse immutari, & ut proximitas ab eo reguletur, disponere posse: Secus autem in Regno, cum nullum Institutorem habeat, sed naturam ipsam.

§ III.

*Renunciationem non obstarē liberis
venientibus jure suo.*

AD triarios ventum est, scilicet ad renunciationem, ultimum Germanorum propugnaculum: sed antequam illud totis viribus aggredi nos cœperimus, unum te monere non desinemus, illud scilicet quod cum renunciationem tanta animi contentionе obtrudunt Germani, fingunt hostem, cum quo manus conserant. Nulla enim cum Renunciante controversia est, sed cum liberis, quibus quæcumque matris renunciatione non officiet.

Quis enim clamosus in foro rabula adeò perfrictæ frontis esset, qui in privatis successoribus contra aliquem Successorem majoratus Amajoratus, & hujusmodi renunciationem opponeret? Quis eandem obijceret contra Feudatarium Successorem Feudis similitudo in feudis ex pacto, quem cum risu, & sibilis turbat. ba omnis Causidicorum non agitaret? nemo, herclè, nemo.

Recordabar me aliquando inter legendum didicisse, quædam jura esse in legibus nostris, quæ liberis, factō Parentum, non adimuntur, ea scilicet, quæ non à Patre, sed à genere, à Civitate, & à rerum natura tribuuntur. Mutato vīcibulo hæc est Regnorū successio, quæ à Populo potius, à genere ipso Regio cum quo parentum non adi- Populus tacita conventione contraxit, & ab antiquis decessoribus, non ab ultimo defuncto

defertur. In mentem mihi venerant duo Jurisconsultornm loca : videoas tu , quantum illa faciant ad rem nostram : ^a eum , qui Civitatem amitteret (inquit Alphenus) nihil aliud Juris adimere liberis , nisi quod ab ipso venturum esset ad eos , si intestatus in Civitate moreretur , hoc est , hereditatem ejus , & liberos , & si quid rium , qua aliud in hoc genere reperiri potest : quae verò non non sunt à Patre , sed à genere , à Civitate , à rerum natura tribuerentur , ea manere eis in columia . Ita majoratibus , sed à que , & fratres fratribus fore legitimos heredes , & agnatorum tutelas , & hereditates habituros , non enim hæc Patrem , sed majores ejus dedisse . Item Ulpianus : ^b Si quis , & Avum , & Patrem habuerit Senatorem , & quasi filius , & quasi Nepos Senatoris intelligitur : sed si Pater amiserit dignitatem antè conceptionem bujus , quæri poterit , an quamvis quasi Senatoris filius non intelligatur , quasi Nepos tamen intelligi debeat ? & magis est , ut debeat , ut Avi potius dignitas ei proficit , quam ob sit casus Patris . Aptius quidpiam ex Jurisprudentiæ principiis educium , quod rem hanc clarius definiret , haec tenus non occurrit , poterit tibi eruditio tua non vulgaris meliora Juris loca suggere .

Sed faciliori negotio ab hujusmodi obligationibus Regni Successores liberabimus . Quid causæ porrò est , quod contra Regnorum Successores id audeant , in quorum successione longè major ratio urget , quam in majoratibus , & in

^a l. 3. ff. de interdict. relegat. & deport.

^b l. 7. §. si quis ff. de Senator.

in feudis? Tu autem rectè nosti; quantum interdit inter majoratus Successores, & Reges, licet enim ambo obligari non possint conventionibus Antecessorum, & licet uterque successionem non accipiat judicio defuncti; potius tamen est Jus Regni, quam majoratus. Hoc namque defertur judicio Institutoris, illud ex quadam inter Regem defunctum, ejusque Successores cum Populis conventione ita succeden- *Regna non sunt pa-*
terna, sed publica.

cuit acutissimus Scriptor, *Regnum non esse paternum.* Hinc etiam tradiderunt Interpretes nostri: ^d *In Regnis Reges succedere Jure sanguinis.*

Num te fugit, Vir præclarissimè, earum rerum, in quibus jure sanguinis succeditur, contractus eousque manere, quo usque ille vixerit, qui contraxit: ubi autem decesserit, resoluto quodammodo jure datoris, resolvi etiam jus accipientis: ^e in his autem, in quibus non solum jure sanguinis succeditur, sed ipse succedit sanguis, ut sapè monui: ^f *Quid dixeris?*

Præclarè quidem ad rem notasse videntur qui- *Feuda, &*
Regna instar ^{Regna in-}
& susfructus haberi, neque successione, sed po- ^{star usus}
fructus.

tiùs

c Bald. in l. venerabilem de eleçt. d Oldrad. conf. 224.

col. 6. nu. 27. vñf. hoc autem, & n. 28. Anchar. conf. 339.

col. 2. in princ. Bald. in l. hoc jure, ff. de just. & jur. n. 5.

Abb. conf. 3. n. 3. lib. 2. Jas. in l. nemo potest ff. de leg. 1.

nu. 3. e Bal. in c. 1. de feud. March.

f Ifern. c. 1. §. boc quoque, nu. 6. ibique Afflict. n. 37. de
 success. feud. Jac. de S. Georgio in verb. & cum pasto
 nu. 37. Bald. conf. 250. nu. 1. val. 2. & post eum Ca-
 bill. de pac. publ. c. 14. nu. 10.

*Efecta Re-
nuncia-
tionis à
matre sa-
cta de Re-
gno.*

70

tiùs pacto devolui ad hæredes: proindè his, in quorum præjudicium renunciatio facta fuerit, statim eam revocandi Jus, & potestatem faciat esse, ut est communis Feudistarum sententia. Præterea illud te semper meminisse oportet, matrem, sive aviam utcumque amplissimè renunciaverit pro se, & liberis suis, & nihil aliud hujusmodi abdicatione illam fecisse, quam omne, quod in Regno tūm sibi Jus competebat, à se abdicasse, h non autem Jus Successorum, quod ipsa non habebat, cum in Regno, si possideat, nihil Juris habeat præter usumfructum: Si non possideat, spem solam Regni acquirendi: & quidem ita obnoxiam, ut eam Posteris restituere teneatur: ea autem, quæ restitutioni ex lege obnoxia sunt, dispositionem hominis repudiant. Item illud semper tecum ipse memoria recole, quod à nobis semper inculcandum: Regnæ non facto Parentum, sed jure Gentium, & antiqua consuetudine deferriri ex genere potius, quam ex judicio Successoris. Cumque eadem Successores non capiant ex voluntate, & facto defuncti Regis, ad ea, quæ ipsi gesserint, non teneri, utcumque fuerint hæredes instituti: reliquissè enim non videtur, qui quod reliquit, reddere debuit; atque huc spectat, quod passim tradunt DD., alteri per alterum iniquam conditionem inferri non posse. k

Huc

*g Præposit. Loffred. Modestin. Pistor. aliquæ innumerip-
næ Ottoman. h Seſſe decif. 286. tom. 3. nu. 7.
i l. unum ex familia §. si de falcidia de i. 2. k Bald. in lib. 1.
de rer. decif. q. 41. Micerz de majorat. p. 4. q. 1. n. 108.*

Huc etiam pertinet^a, in hujusmodi successionebus filiationem potius spectari, quam haere-^{In Regno Successor}
ditatem: Idque quod non omnino insulsum Regis de-
Princeps à Prædecessore causam non habere: a jecendens
dicatur.
Sed potius per viam privationis, quoniam, ut haeres Re-
ajunt: corruptio Antecessoris, Successoris est *Regis non*
generatio.^{dicatur.}

Atque illud, etiam, quod per ora volitat,
axioma, Regnorum successiones neque ab inter-^{Regnorum}
stato, neque ex testamento, sed particulari-^{Successio-}
quodam, & proprio jure deferrī, quo Successores ex Regum Prædecessorum contractibus certò
non obligantur, ita ut recte monuisse *Mon-*
tanum, censeam, quod cum illa Potestas, &
Imperium translata in Regem à Populo fuerit
pro se, & suo sanguine, eidem à Possessoribus
Regni præjudicari non possit: nam quilibet des-
cendens ex sanguine illo Regio habet Jus for-
matum in sua persona ex contraactu primi ac-
quirentis.

Sed quid egemus testibus, & rationibus in
re, quæ est omnium exploratissima. Hæc una
omnium DD. consentiens vox est, Regnorum
Successoribus proprio Jure venientibus Ante-^{Consen-}
cessorum conventiones præjudicium inferre non ^{tiens Au-}
^{forum cen-}
^{sio firmat}
^{proposita.}

Ve-

-
- a Ut dixit Bero. conf. 138. n. 4. lib. 3. b Bald. in d. c. unic.
n. 6. vers. & idem in Regno de feud. March. Jo: de Terra-
rub. tract. 1. contra Rebell. conclus. 11. & 12. Gulielm.
Monserr. Pal. Rub. derent. Reg. Navar. 5. p. §. 6. vers.
Regnum quidem, Lud. Molin. lib. 3. de primog. c. 6. nu. 9.
& lib. 1. c. 2. nu. 10. & c. 8. nu. 2. & 9.
c In prælud. de Regal. fol. 25.

Verùm nihil in hac Epistola nobis molestiùs accidit , quam quod de rebus nimiùm exploratis differendum sit . Pudet certè , nos illud in hac Regnorum controversia disceptare , quod in privatis controversiis minimè disputaremus . Quid enim vulgatus est in jure nostro , quàm iudicium , quod apud DD. certum est , atque indubium , matris renunciationem minimè liberis obstat posse , quin ad renunciatam à matre successiōnem ex propriis personis venire possint ? Veniunt namque ipsi ad defunctorum successiones ex propria persona , et si maternum gradum subingrediantur .

At quid te morer amplius tritis hisce quæstionibus , quibus quotidiè Fora , & Curias obstrere , nemo est , qui non sentiat ? Si vel Auctores hic attexere , vel hac de re rerum iudicatarum exempla adiicere velim , faciliùs nobis est initium , quàm exitum reperire . Unum ex tot , tantisque Auctoribus feligam , Antonium scilicet Fabrum , ^a quem tu in Jurisprudentiæ studiis habere in deliciis soles : ita loquitur gravissimus , & subtilissimus Auctor : ^b Renunciatio

jurata

*Ex omni-
tus Anto-
nius Fa-
ber deligi-
tur .*

a in suo Codice lib. 2. tit. 3. de pact. defin. 14.

b Bart. in l. qui superstitis , ff. de acquir. bæred. Bald. , & Alex. in l. pactum dotale n. 8. C. de collat. Paul. Castr. in d. l. qui superstitis n. 4. vers. filia. Hercul. in l. 4. cull. 41. vers. facit etiam ff. ad l. falc. Franc. & Natt. in c. quamvis num. 56. de pact. in 6. Covarr. in d. c. quamvis p. 3. q. 2. num. 4. & omnes interpretes , in d. l. qui superstitis. Sic decisam refert Tbesau. q. 90. lib. 2. n. 5. plures decis. S. C. Neap. refert. Rovit. conf. 23. lib. 1. Capyc. Latr. dec. 4. Præf. de Francb. dec. 67. Minad. in const. Regn. Neap: in aliquib. not. n. 11. Mol. de primog. Hisp. lib. 2. c. 3. n. 47.

jurata filia; quæ à Patre dotem licet congruam accepit, non nocet liberis ex ea præmortua suscep-tis, & superstitibus ad Avi successionem, sive testamentariam, sive legitimam venientibus, li-cet sint hæredes matris, quia eo casu nulla re-nunciatio esse intelligitur, ut potè quæ facta sit sub conditione, quæ non evenit, nam neque hæredi-tati, neque portioni legitimæ renunciari potest, nisi sub ea conditione si hæreditas, aut portio legiti-ma deferetur, ^a cum prius sit, ut deferatur Jus, cui renunciatur, quam ut ei renunciari posse. At filia; quæ vivo Patre mortua est, nunquam fuit delata hæritas, aut portio legitima, quia vivens Pater, neque hæreditatem ullam habere, neque legitimam deferre potest: ^b Ergo proinde est hoc casu, ac si nulla unquam facta fuisset renuncia-tio, & consequenter non nocet liberis, quod sint hæredes matris, quasi ex causa matris factum; & renunciationem probare, ratamque habere de-beant, non enim possunt videri venire contra re-nunciationem, cum renunciatio nulla facta esse in-telligitur, ^c nec quod mater non tantum pro se, sed etiam pro filiis suis renunciaverit, ad rem facit: id enim ita accipiendum est, ut in eam

K

ipsum

^a Pistor.d.lib.4. q. 7. Vivius decis. 211. nu.2. Robles de repræsentat.lib.2.c.16.n.54. & 71. Revert. decis. Cam. Sum. Neap. decis. 40. Præf. de Franch. dec. 32. n. 16. & dec. 67. per tot. Fontanell. de part. nupt. claus. 9. glos. unic. p. 1. n. 65. Molin. de rit. nupt. q. 84. n. 20. lib. 4.

^b l. 1. §. impubere, ff. de collat. bonor. ^c Nam quod non est, neque probari, neq; improbari potest, l. 1. circa princ. de injust. rupto, &c. cum non entis ullæ sint qualitates, l. debitor 82. de leg. 2.

ipsum casum, in quem pro se renunciaris, suis quoque liberis renunciaisse videatur, non in alium ergò & sub eadem illa conditione; ^d Si legitima portio, aut successio deferetur. Nisi poneres id nominativum alium, cautumque, ut illo etiam casu, quo filia renuncians præmoreretur, liberi quoque ex eo suscepiti exclusi essent facto matris, & propter dotē ab ea acceptam: ^e Tùm enim proculdubio factum matris noceret liberis quantumlibet ex propria persone venientibus, si hæredes essent matris, quia de illorum proprio jure nominativum alium proponeretur. Sed extra illum casum non magis nocere potest Nepotibus ex filia renunciatio matris, licet sint illi hæredes ipsius, quā si non essent: ^f Illa eadem ratio pro Nepotibus facit, quam proximè attigimus, nimirūm quod præmortua filia, Nepotes ex ea superstites veniunt ad successione Avi ex propria persona, & proprio capite, non ex

^d Thesaur.q.90.lib. 2.n.11. & 14. Vivius dec. 211.n.4. &
5. Andreol.contr. 212.n.10. Peregrin.conf. 83. n. 5. Galerion.conf. 1. n. 117. & 138. Galerat.de renunc. tom. 2.
cap. 25.n.65. e Hæredes enim non possunt teneri ex fa-
cto defuncti, nisi sub iisdem legibus, & conditionibus,
quibus defunctus contraxit, cū obligationis conditio ex
persona hæredis non immutetur l.2. §.ex his de v. oblig.

^f Bart.in l.1. §. si sit nepos, ff.de collat.dot. & in l.1. §. si fi-
lius, ff.de conjun.cum emancipat.liber. Alex.in l. illam
n. 11.vers.nec est bona distinctio, C.de collat. & conf. 20.
col. 3.vol. 1. Cancer.c. 15.n.44. Robles de repræsent. lib.
2.c. 16.n.66. Mcnoch.conf. 269.n.56. Marant disp. 10.n.
9.c.33. & conf. 104. Graß.de successi.ab intest. §.legiti-
mi q.4.in fin.Pistor.lib.4.q.7.n.3. Faber.lib.2. ctit.3.
de patr.def. 1. Gallerat.de renunc.lib.1. c.11. n.9. Molin.
de rit.zupt.q.84.n.10.lib.3.

ex persona Matris, ut potè repræsentantes gradum matris, non personam. g *Idque ex eo apparet, quod tamet si filia, quæ accepta dote renunciavit paternæ successioni cum juramento, possit impunè præteriri à Patre, nec necessariò instituenda sit, vel exhiberedanda, nepotes tamen ex ea præmortua superstites omnimodo instituendi sunt, aut exhiberedandi, alioqui testamentum nullum,* & *injustum faciunt, sive de Paterni, sive de Materni Avi testamento agatur, quod utique falso, vel sine ratione dicetur, si matris personam repræsentarent, nec nisi ex ea admitti possent.* h *Cum igitur veniant ex propria persona, utcumque sit nullam ab iis factam renunciationem, consequens est, ut non debeat matris renunciatio iis nocere, nec si sint ejus hæredes, quia quod in ejus gradum succedunt, habent à lege, non à matre.*



K 2

§. VIII.

g *Novell. 118. de hæred. ab int. venient. §. si igitur defun.*

Etus. & §. cum filius instit. de hæred. quæ ab int. deferuntur.

h *Novell. 115. ut cum de appellat. cognosc. §. aliud quoque capitulum, §. 1. instit. de exhibred. liber. I. inter cætera, ff. de lib. & post. hæred. inst. I. filio præterito ff. de injusto ruperto.* i *Nulla enim hodiè differentia est inter ascendenttes ex linea masculina, & ex feminina sive in successione testati, d. §. aliud quoque capitulum; sive in successione intestati, Novell. 118. de hæred. ab intest. venient.*

De Filia renunciantे.

AD Renunciantem quod attinet, quis adeò vecors, qui, si in memoriam revocet, *Conjicitur* quæ id præsenti renunciatione gesta sunt, in *Theresa* felicis Puellæ vicem non doleat? infelix sanè *in gratiis*, Adolescens, quæ tanti Imperii spe, ad quam *& invita renuncias*. nata erat, judicio Patris dejicitur, repellitur, exturbatur! tot, tantarumque Provinciarum, Regnum, Regionum, Marium, Terrarumque universæ denique Hispaniæ Monarchiæ ei repudiatio proponitur: quæ tūm mentis perturbatio? quales angustiæ? quanta animi sollicitudo? quæ per Deum immortalem imperterrita, ac constans Virago Principi omnium maximo ità imperanti sola repugnaret? ætate minor, consilii inops, jurium suorum ignara, auctoritate Patris adacta, præsentia tanti Regis, reverentia, & dignitate territa, cuius nutum non modo infirmi animi Virgo, & obsequens filia, verumetiam uiversus terrarum Orbis extimesceret. Quæ tūm illi deliberandi libertas? qui consensus?) quæ voluntas? nisi quam vel justus metus, vel dura necessitas extorqueret? quinam, iterum dicam, consensus? cogebat reverentia, impediebat pudor, frangebat auctoritas, timor deterrebat: Abdicat se è successione Parentum; repudiat immutabile Jus illud, quod lex naturæ, Jus Gentium, consensus Populi, & Regni consuetudo jam ei detulat:

lerat: & quod magis est ; repellit etiam liberos , quicumque ex illis nuptiis nascerentur . Contenta scilicet dote , quam Pater promise-
rat . Sed quæ , malum , quæ compensatio hæc
est ? quæ tantæ repudiationis justa merces ?
quænam immanior jaætura , aut quæ enormior
læsio excogitari unquam poterit ? Numnè adeò
infelix hujus Regiæ Puellæ conditio est , ut il-
lam omni legum auxilio destituamus , quo cæ-
teris mulieribus abundè satis legibus succur-
sum est .

Quid enim causæ fuit cur legum nostra-
tum conditores modo fragiles ^a , modo infir-
mas ^b , modo imbecilles ^c appellaverint , nisi
ut in earum conventionibus , si modo ob natu-
ræ infirmitatem , vel alias ob causas lapsæ fue-
rint , illis omnino prospicerent ? Quid aliud
illud indicat , quod apud *Livium* scriptum est
ex Catonis persona : ^d *Majores , ne privatam*
quidem rem agere fœminas sine auctore volue-
runt , ut in manu eſſent Parentum , Fratrum ,
Virorum ? Quid porrò aliud eſt , quod Ulpian.
& Cicero testati ſunt : Mulieres in perpetua tu-
tela olim fuiffe ? Sanè , inquam , quæ de metu
reverentiali cum enoriffima læſione conjun-
*cta paſſim DD. ſcripferint , quæ de reſtitu-
tione*

*Infirmum
fœmiuarū
confilitum.*

^a *I. 27. C. ad S.C. Vell. l. unic. §. 15. C. de recuper. aſt. I. 2. C.*

de præscript. 30. vel 49. ann. l. 17. C. qui pot. in pig. bab.

§. 1. b I. 9. ff. de jur. & jur. ign. l. 9. ff. de jure jur. l. 17.

ff. de jur. fisc. l. 1. §. 10. ff. ad S.C. Turp. l. 4. §. 4. C. ad

l. Jul. ma. l. 44. C. de Decur. lib. 10. cit. novell. 97. c. 3.

^c *I. 2. §. 2. ff. ad S.C. Vell. l. 23. C. de nupt.*

^d *Cato apud Livium lib. 34.*

nibus in integrum minoribus concedenda , quæ de consensu defectu , & de aliis nullitatibus : cur implorare pro hac renunciatione non possumus? Fortè nos destituerint legum præsidia , quæ cæteris omnibus in promptu sunt.

Renuncia-
tio recita-
tur, & par-
ticulatim
eius verba
expendun-
tur.

Sed videamus prætereà , quid in renunciatione gesserint. Audiamus quid porrò dixerint, & quibus formulis usi fuerint contrahentes : expendamus , obsecro , singula . Hic est color tantæ renunciationi quæsitus : hæc sunt renunciationis verba : *Per quod , Divina favente gracia , sperari possunt felices successus . Felices verrò successus , contentiones , iurgia , lites , bella . Quid enim aliud hujusmodi renunciationes excitarunt ? Pergant : Cumque intersit status publici , & conservationis illorum . Tantæ molis esset hujusmodi renunciationem condere , ut nisi illam interesse Reipublicæ afferamus , à Regis filia stipulari non liceat ? Item addunt : Statuitur pacto convento , quod Majestates Suae obtinere volunt robur , & vigorem legis . At quæ pacisendi potestas ? quæ tandem ista cautio est , quam Romanorum leges omnino improbant : quæ etsi novis probatur constitutionibus^a , ad paterna tantum bona pertinebit ? An paternum fortè bonum Regnum existimandum est , ac non potius naturæ donum , aut Reipublicæ ? ut hoc pactum ratum sit in privatis successionibus servandæ sunt regulæ legis Pontificiæ . Quid igitur eos in præsentiarum omnes vel frangunt , vel negligunt ? Cur autem in successionibus Regnorum hujusmodi pactum servabimus ,*

a c. quamvis de pact. in 6. ibique DD.

mus , quarum norma Jus gentium est ? qui præterea cautionis usus , qua etiam non adhibita , malum tamen arcetur ? At enim matrimoniis citrè renunciationem factis Reges conciliari , & ipsæ Galliæ , ac Hispaniæ olim non semel testatæ sunt . Inculcant iterum : *E*s publicæ causæ illarum . Hic sciscitare liceat , quid publicæ causæ appellatione intelligent . Pacem nè ? nulla quidem æquè magis publicitùs interest . At verò nonnè innumeræ sine nuptijs paces sunt partæ ? quid si nulla adesset Puella , quæ nuberet , bellum perpetuò duraturum ? An ut Reges magis inter se gratia devinciantur ? Sed quid magis abhorrens à gratia , quam nuptui dare filiam cunctis juribus natura debitæ citrè omne pietatis officium spoliatam ? An non insensiores Græci Trojanis facti , quod Iphigeniæ sanguine venti placandi essent , ut bellum in Asiam classe trajicerent ? mutato nomine res maneat . Quid aliud est , filiam Regia successione excludere , quæam eam Regia vita privare , & publicæ causæ nomine præteximus , quod pietas negat , charitas horret , natura refugit . Sed quid ? hanc ipsam causam publicam , quam ad firmandam renunciationem adstruunt , mox destruunt , his verbis : *Etsi in illorum Personis locum non inveniant , nec considerari possint rationes causæ publicæ* . O fluctuantes contractus ! O leges , quæ sibi eodem momento non constant ! excluditur filia à successione Regnorum , si subsit publica causa . Quid si non subsit ? excluditur etiam . Nempe hæc verba huc denique spectant : Filia ab

ab Regni successione nulla *ex causa*, sed per libidinem merito immerito sit exclusa: & sui jam oblii mox querunt, *vel aliqua*, *super quibus niti possit hæc exclusio*: ò sibi inconstantes! querunt quod paulò ante excluderant, causam publicam, citra quam placuit modò, ut renuntatio subsistat: est ne id jure velle contrahere, & bona fide: & causam, quæ det formam contractui, & unde substantiam capiat, excludere? Sed non hic injuriarum finis. *Quamvis defecrit successio suæ Majestatis*: Dicere perhorrescet: quid enim inhumanius? Filiam non modo ab necessario remotissimi gradus excludi, sed ab extraneo quoque? ò pactionem nullo Jure substinentam; si in privatis controversiis disceptaremus, nullius momenti hujusmodi pactio esset, ut deficientibus masculis ne succederet: Sed in Regnis multo magis. Cavere sibi liberum Regni arbitrium, quod omni:, prorsus extincta familia, redit ad Populum. Sed cavent insuper: *Non obstantibus legibus, consuetudinibus, dispositionibus, quibus successum est, & succeditur in omnibus dictis Regnis*: Est ne hoc cavere legibus, an potius leges Regni fundamentales à cautione malum accipere, ut quæ per contractum novam succedendi formam contra Jus Regni inducat? Sed illud in primis cessione dignum: *Abdicat se*, igitur filio immediato successor locum facit: Sed quo jure se abdicat? quod nondum est. *Abdicat pro filiis*, at filii suo veniunt ad successionem jure, quæ in alia persona alia est. *Suorum Jurium certiorata*: quin potius dicatur nescia, eo errore, quod

quod id Populi privatis hæreditatum legibus non
deferatur Gentium, & Naturæ Jus? Sed esto
hæreditas: Quis enim eam edocuit, fac, scias,
Regina, te ad Regnum vocare jus Gentium,
quod apud omnes, peræque Gentes custoditur?
Scias, te legem Regiam invitare, quæ & fœ-
minis desert successionem? scias, antiquissima
Imperii lege, & tacita illa vetustissima inter
Regem, & subditos conventione, devinctam te
jamdiù fuisse, ut succederes, quem necum nec
solvere, nec eludere liceat? Scias, Regni le-
ges contractibus immutari non posse? Scias, fi-
lios ex propria ipsorum persona venire? Scias,
Ferdinandi, Caroli Quinti, & Philippi Secundi
pro te adesse testamenta, & juribus tuis con-
suluisse? Vocant te non solum testamenta Re-
gum, qui leges Regni nè tantillum quidem im-
mutare ausi sunt; sed & vocant jure majoratus,
atque omnibus aliis Agnatis remotioribus præ-
dilectam instituere? Annè testamentorum verba
inspexisti, ut legibus cautum est? ^a quid causæ
est, cur spernas judicia prudentissimorum Pa-
rentum? et si ipsa spreveris, cur viam etiam Po-
steris intercludis, quam non potes?

Sed illud omnium summoperè notandum est,
cum præsenserint Reges, qualem, quantamque
rem molirentur, quod omnia labefactarent fun-
damenta Regnorum, quod leges Regias everte-
rint, quibus manentibus omnia frustra ageban-
tur, quod antiquas, & vetustissimas consuetu-
dines abolere oportebat, ut stare renunciatio
posset; subjunixerint: *Legibus, quas dero-*

L gare

a l. de bis. ff. de tract. cum communi DD. sententia.

gare debeant, & habeant pro derogatis. Sed his nec unquam derogatum fuit, nec derogari potuisse certum est: *Jus publicum Regnum immutabile semper est, nec pro Regum arbitrio variandum,*

Atqui *Jurisjurandi devincta sive tot irrestituta cautionibus omnia confirmavit.* Sed quæ *Sacramenti auctoritas, vel jurisjurandi Religio confirmare hæc omnia poterit, quæ à metu, dolo, & læsione semper abhorruit?* Hinc *Jure usurpandum illud Euripidis.*

Lingua jurata est, mente juravit nibil.

Et licet magna jurisjurandi auctoritas semper fuerit non solum apud homines Christiani Religione imbuitos, verum etiam apud alias Gentes, nunquam tamen ea fuit juramenti vis, ut obligationem augeret, quin intrà suos limites contineretur. Cæterum Religionis vinculum ejusdem contractus naturam sequitur, nec defectum consensus supplet^a. Nec adeò jurisjurando indulgendum est, ut contractus, quos leges improbaverint, ejus beneficio confirmentur: contrarium à nostris Jurisconsultis responsum: *quoties pactum (verba sunt) à communi Jure remotum est, servari hoc non oportet, nec legatum, nec iusjurandum de hoc adactum, ne quis agat servandum.* ^b Idem rescripsere Divi Antoninus, & Severus: *Jusjurandum contra vim legum, & auctoritatem*

^a cap. inter cæteras 22. q. 4. l. *juris gentium*, §. & generaliter, ff. d. post. l. ultim. ff. de leg. 2.

^b l. *juris gentium*, §. si paciscar de past. vers. Et generaliter.

tem Juris scriptum, nullius esse momenti c: Hinc illud commune DD. nostrorum pronunciatum: juramentum contractui ipso jure irrito, nihil addere, & licet aliqui contra sentiant, recte illos confutat Merenda d.

Juramentum porrò ob id jure fuit institutum, ut esset Religionis vinculum, non iniquitatis, adeout si ex falsis instrumentis conventiones initæ fuerint, quamvis jusjurandum interpositum sit, indubitatum est, jusjurandum non ligare, nec etiam quando ejus observantia pergit in detrimentum vel omnium rerum jurantis, vel majoris partis. Sed de hoc jam satis.

§. I X.

De Patre, ac Rege, cui renuntiatum est.

HAECENÙS de Renunciante. Expendamus modò, quisnam renunciationem sit stipulatus. Potentissimus Philippus Hispaniarum Rex, ut bono Regnorum suorum, & publicæ Populorum utilitati consuleret, tanquam Regnorum parens potius, quam filiæ contraxit. Quod eò constare omnibus posset, quia scilicet semper in contractu renunciationis nomine *Majestatis* usi contrahentes sunt, non *paterno*. Quod clarius tibi demonstravero, si ea, quæ docent ^{Causæ} _{rum generis, quibus} Interpretes, Adduxero. Plura illi probatio-

L 2 num

c l. si quis inquilinos. §. si quis scripsit, ff. de legat. i.
c Merenda in c. 1. lib. 2. n. 23.

per Reges num genera tradidere , ut dicatur quis Majestatis nomine contraxisse . Primùm si contra Regna hens Rex , se quid facturum afferat , quod Regni conservationem respiciat : Alterum , si ea gesserit , quæ sunt de natura Regiæ dignitatis . Demùm quoties conventionem aliquam ineunt de rebus ad ipsam Majestatem pertinentibus^a , quæ omnia in hac nostra specie concurrunt , eaque locum habent , præcipue in contrahibus nuptiarum , ut præclarè scripsit gravissimus Author^b in hanc sententiam : Nescis , Regna simul contrahere , ubi nuptiarum sedere nectuntur Reges .

Non Pater , sed Princeps Renuntia- hanc si- pulatus . Sed quid opus argumentis , cum illud manifestum sit , sequentibus expressum verbis : cum que intersit status publici , & conservationis illorum : oblitera jàm Naturæ vocabula , ut paternam pietatem exuens , Reipublicæ securitatem , & Monarchiæ pacem restitueret , & filiæ nuptiis , Populorum quietem redimeret : hæc subdunt : quod antè celebrationem matrimoniī per verba præsentia abdicare me debeam , & cedere omnibus meis juribus Regi Domino meo , illisque , qui Personam illius representant . Et paulò post : prout conventum , & declaratum specialius in dictis articulis . 2. & 3. quæ verba ad pacis conditiones referuntur .

Porrò conventiones pacis , Majestatis nomine initas , non Patris , nemo est , qui ne- sciat . Demum illud additum , quod omnem tollit

con-

• *Peralta lib. 35. §. si quis fideicomissa n. 133. & 134. ff. de bared. instit. Capyc. dec. 121. n. 5. Cancer. p. 3. c. 1. n. 147. & 148. Mandell. conf. 67. n. 1.*

• *Gramont. in Hist. Lud. 3.*

controversiam: Statuitur pacto convento, quod Majestates suæ obtinere volunt robur, & vigorem legis stabilitatem in favorem Regnorum suorum, & publicæ causæ illorum, ut non possint ullo tempore succedere. Præterea in jurium cessione illa charitatis plena Patris, & fratriis mentio non legitur, sed ad Regiam Majestatem omnia spestant: cedens (inquit) devolvens, & transferens in Regem Dominum meum, illiusque hæredes, & successores universales, & particulares in jus illius subeuntes. Igitur omnis hæc renuntatio, & pro bono Regni, & ad servandam, & ad augendam Majestatem stipulata est, nèc privato, sed Dignitatis nomine promissa. Cumquè igitur fuerit Stipulator Rex Hispaniæ, uti Rex, quicumque erit Hispaniarum Rex his juribus renunciatis uti poterit: exemplo legati, quod Principi uti Principi relinquitur. Quod Principi (inquit Jurisconsultus^d) reliquum est, qui antequam dies legati cedat, ab omnibus creptus est, ex constitutione divi Antonini, successori ejus debetur. Quia scilicet Dignitati, & non Personæ reliquum erat. Idem in simili specie respondit Scœvola^e, in qua cum quedam Sacerdoti, & Hierophylaci reliqua fuissent, & fuerit quæsumum, utrum iis dumtaxat Sacerdotibus, qui eo tempore in humanis erant, reliqua viderentur? respondit: Ministerium quidem nominatorum designatum. Idem in nostra controversia secundum ea, quæ proponuntur Scœvola respondisset: Regum Majestatem designatam. Ita sancè. Si Principi

Dignita-
ti reliqua
cum perso-
na non pe-
reunt.

^d In l. 58. de legat. 2.

^e In l. 20. de annuis legat.

cipi legatum relictum sit , & decedat , antequam dies legati cedat , legatum Successori , ut supra , debetur ; quod in aliis legatariis hominibus privatis non obtinet : nam si decesserint , antequam dies legati cedat , non transmittunt legata ad hæredes . ^f Cujus discriminis ratio non ex eo oritur , quod Princeps solitus sit lege Patria , sicut lege Glicia , & Falcidia ; ^g sed potius ex eo , quod legatum Principi relictum , magis Dignitati , quam Personæ creditur . Quod idem erit in legatariis privatis , si nomine dignitatis aliquid legatum sit , ut potè Sacerdoti . Nec contrarij suadent nonnulla Jurisconsultorum loca ^h , in quibus probatur , *Legatum relictum Augustæ non transmitti , si ipsa decedat , ante cessionem legati* : & tamen ipsam Augustam iisdem Privilegiis frui , quibus fruitur ipse Princeps : palam enim responsio est ⁱ Nam discriminis ratio illa est : quod mortua Augusta , alia non eligitur , aut succedit in ejus locum : evenire enim poterit , ut Imperator aliam non ducat in uxorem , & si ducat , non successionis Jure ducat : quod omnino contrarium contingit in Principe , cui successio necessaria datur , aut Jure successorio , aut electione , juxta leges , & consuetudines Imperii .

At demus Germanis , ex hujusmodi renum-

^f I. si post diem 5. ff. quando dies leg. cedat.

^g I. Princeps , ff. de legib. l. 4. C. ad l. Falcid. Pancirok. lib. 2. var. c. 5. Parexa in otio quatr. 2. par. num. 2.

^h I. si Augustæ 57. de legat. 2.

ⁱ Gotfred. in d. l. quid Principi .

nunciatione quæsitum fuisse Jus Renunciatario
liberè disponendi , quod semper jure pernegabim-
us ; ex his illud sequeretur quæsitum fuisse ^{Theresa}
hoc jus stipulatori ; non parentis nomine , sed ^{renuncia-}
Regis , ac proindè cuicunque Regi , non tam ^{tione li-}
Philippe , quam Carolo libera fuisse disponen- ^{beram di-}
di facultas . Propterea (si vera sunt , que asse- ^{sponendi}
runt Germani) Hispaniarum Rex Carolus ex vi ^{de regno}
ejusdem renunciationis pro arbitrio de Regno ^{faculta-}
disponere , & hæredes , quos voluerit , institue- ^{tem Phi-}
re poterat : cum non minus Regi Philippe , quam ^{lippus ca-}
Carolo hac renunciatione consultum sit . Quod ^{vus , Caro-}
cum ipse spontè fecerit : quisnam erit amplius ^{lus usus}
renunciationi locus ? Potissima enim causa om-
nium renunciationum est , ut Renunciatarius , qui ^{est .}
renunciationem stipulatus est , de re renunciata
liberè possit disponere , quæ dispositio si sequa-
tur in beneficium Renunciantis , omnem vim
renunciationis evertit , adeòut non solum ne-
mo ex contemplatis ad successionem aspirare pos-
sit , verum etiam Renuncians ipsa , si velit Te-
stator , admittatur , ut cæteros omnes excludat ,
quod apud DD. ^a in confesso est . Poterit enim ^{Renuncia-}
Renunciatarius pactum illud , quo filia teneba- ^{tio opera-}
tur , remittere . Quod si secus esset , novum , & ^{tur , ut Re-}
hucusque inauditum sequeretur absurdum , ut ^{nunciata-}
quorum beneficio renunciatio facta est , in co- ^{rius ne de-}
rum odium retorqueatur , ut quæ gesta sunt , ut ^{beat , non}
libera testandi facultas Hispanorum Regibus ^{ut ne pos-}
aperiretur , eadem testandi facultatem adi- ^{ut , sit inсти-}
mant . ^{tuere re-}
^{nancian-}

Nec

^a Faber in suo C. defin. 33. tit. de paet. Cancer. var. resolu-
lut. lib. 3. tit. de renunc.

Nec opus in præsenti renunciatione illud investigare, ob quam ex tribus causis facta sit, favore masculorum scilicet, vel agnationis, an verò ut liberè Renunciatarius disponat; in claris enim nullus conjecturæ locus. Hæc namque habet renunciatio: *Cedens, devolvens, & transferens ea in Regem, Dominum meum, illiusque hæredes, & successores universales, & singulares in Jus illius subeentes, itaut de iis pro arbitrio, beneplacito disponere possit tam per donationem inter vivos, quam per testamentum, & ultimam voluntatem, nulla superstite obligatione, ut me hæredem instituat, legato me bonoret, aut mei mentionem faciat.*

Ac proindè facultatem illam liberè testandi omnibus Hispaniarum Regibus quæsitam præripere quisnam potuit? ^b Cumque idem testamentum etiam nomine dignitatis gestum fuisset, quemadmodum ^c revocare illud potuisset idem Philippus, potuit & revocare Carolus: quia cum Dignitas nunquam moriatur, ut est in ore omnium, fingitur, eundem Regem & testatum fuisse, & testamentum revocasse ^d, quia in Re-
gno consideratur dignitas, & Respublica, quæ nunquam perit: quæ verò nomine dignitatis
con-

^b ut ex Bald. docent Tiraquell. de primog. qu. 35. num. 20.
Autun. de Reg. don. lib. 2. c. 3. n. 10. ^c Bald. in c. ult.
antè fin. de sent. & re jud. & conf. 159. col. 1. lib. 3. incip.
Super eo quod queritur. ^d Bald. Imola. Felin. & alii
in c. 1. de probat. Castald. de Imper. q. 119. n. 1. Tap. in
l. fin. p. 2. c. 9. n. 12. de const. Princ. Padill. in l. unum ex
familia, §. si de Falcidio n. 8. de leg. 2. per tex. in c. signifi-
cavit de rescr. & c. si gratiosè eod. tit. in 6.

contrafla censemur ; cum persona non moriuntur , sed in Successores transeunt ^e . Quò spe-
ctat illud , quod aureis sanè verbis scriptum est.
Reges nunquam interire. ^f

§. X.

De re renunciata:

EA est Regnorum conditio ; ut legibus so-
luta sit . Leges , quæ pro hominibus pri-
vatæ fortunæ latè sunt , ad Regna non per-
tinent : nullum eorum commercium , imò nec
jure civili ulla mentio . Ignota sunt juri anti-
quo vocabula : jure tantūm Pontificio duabus
illis Constitutionibus & de Regnorum succes-
sione vestigium extat , nec aliis expressum ver-
bis , nisi *jure Regni* , & *jure geniture* : Jus igi-
tur Regni dumtaxat , non aliæ leges , hujusmo-
di normam , à qua ne tantillum discedere liceat ,
impertitur .

*Leges de
Regn s Ju-
ri civili
incognite.*

Interea si vera sunt hæc , Regnorum com-
mercia , & successiones extra Legum Imperia
regi , speciali quodam jure suo : quænam , obse-
cro , Lex inveniri poterit , quæ hujusmodi re-
nunciationem confirmet ?

Si veteres leges Romanas inspicimus , in-
numeris earum locis probatum est , quantum
illæ leges ab hujusmodi renunciationibus ab-
*Leges Ro-
manæ à
successionis
renuncia-
tionibus
abhorrent.*

M hor-

^e §. illud quoque in fin. novell. 81. Tiraquell. q. 35. n.

^{19.} & seq. Fab. c. de patr. defin. 20.

^f Bodin. de Repub. lib. i. g Cap. licet 6. de voto cap.
Grandi de suppl. neglig. Præl. in 6.

horruissent: quia scilicet mali ominis essent, & votum captandæ mortis inducerent.

*Renuncia-
tio succes-
sionis pri-
vatae jure
Pontificis
probata.* At, inquies, has renunciations nimirum legibus Romanis exosas, constitutione ^a Summi Pontificis probatas fuisse, Religione jurisjunctandi. Ita sane: Sed hujusmodi constitutions pro rebus privatorum sanctitas, ad Regna producere non licebit: vulgata sunt nostrorum axiomata: *in successionibus Regni nullas alias spectandas leges, quam leges Regni fundamentales:* Item illud; *Regnum successorum, & commercium nulli alii juri obnoxiam, quam illi, quod omnium consensu jus Regni, appellatum est.* Quod eò magis locum habet, quia non ea fuit Summi Pontificis mens, constitutione sua Reges comprehendere: quod si voluisset, expressisset: non fugiebat enim, eximium alloqui Jurisconsultum, illius constitutionis Conditorem, nunquam comprehendi Reges quibuscumque constitutionibus, nisi expressa illorum mentio facta sit. ^b Idque eò magis obtinet, quia hoc jus speciale Regnum ab iisdem Summis Pontificibus duabus canonnicis Sanctionibus indicatum nobis est. Quod adeò verum est, ut non solum Reges, sed nec etiam Personæ excellentes generali legum sermone comprehenduntur, nisi de eis facta mentio

*Reges, ac
privati
non agno-
tenentur
jure,*

^a *Vulgat.C. quamvis patrum de pactis in 6. b Rebuff.in
pract.ben.3.p.num.162.Felin.in tract.quando lit.Apost.
ampliat.9.aliiq; quos refert Covar.qq.pract.c.36.Bero.
in d.c.deleg.n.35. & in c.quoniam n.12.cum seq. de Ju-
repatr. Lambert.de Jurepatr.p.3. lib.2.q.9. Paris.conf.
142.lib.4. de Pont.de Jurisd.tract.15.num.23.Q' 64.*

tio fuerit, ut sèpè & Romanorum legibus, & constitutionibus Pontificiis statutum est: ^b Verum si Regnorum contractus metiri velimus regulis Juris civilis, quamvis nullus erit adeò rerum ignarus, qui nesciat. Regum dominium omnium supremum, plenissimum, & neminem illis superiorem, nisi Deum: id tamè intellendum erit, quod attinet ad subditos, & ad liberrimam administrationem Reipublicæ, jus vitiæ, & necis, jus belli, & pacis, & id genus alia, quæ amplissimam, & Regiam inducunt potestatem: Cæterùm ut communi voto docent *Interpretes*, nulli Regum ea data potestas disponendi pro arbitrio de Regno, & absque publicæ causæ necessitate in præjudicium eorum, qui ad legitimam successionem legibus fundamentalibus invitati sunt. ^c Hæc est recepta omnium opinio, nec aliud similius exemplum *Auctoribus* occurrit, nisi earum rerum, quæ publico usui destinatæ erant, & quarum nullum erat commercium, & inutilis erat stipulatio, ut inquit *Ulpianus*: ^d nulla item ea-
rum dispositio: Cùm autem ejusdem naturæ re civili.
Regnum
res videtur
publicajur.
re civili.

M 2 Re-

b Cap.devoto,c. grandi de supplém.neglig.Prälat.ac prop-
terea iisdem confitentibus Ius Regnorum regalias Juris
communis sive civilis non sequi, exploratum est.

c Ulpian.in l.sed & reprobari, §. amplius vers.valdè ta-
mè de excusat. Tutor.Alex.lib. 1. secundam unam le-
cturam Cod.qui,& adversus quos in integr.ref. Innoc.
3.c.fin.de Despons.lmpub.Atrian.l.non omnes §.à barba-
ris de re milit.lmp.Val.l.2.§.1.C.de sent.experic.recit.
Bonifac.8.c.fin.de sent.& re jud.in 6.Raud.decis.Pis.
41.par.1. n.60.

d I.multum interest, ff.de verb, oblig.

Regna sint , idem de iis erit judicium . e Regnum enim , & Regni dignitas eadem ratione non distrahuntur , qua campus Martius , Basilicæ , & alia hujusmodi non distrahebantur: ita *Bulus* , qui hæc habet : ^t *Regnum , & Regni dignitas non est in commercio: est enim legis , & Naturæ donum , quod cedi non potest.* . Rectè donum Naturæ Regnum appellavit . Cùm enim Regni successio cœmmuni omnium usu , & gentium consensu instituta , & probata sit , meritò illam à Natura proficiisci , dicendum est : Præclare inquit Cicero ad hanc rem : *omni in Jure , consensus omnium Gentium lex , Naturæ putanda est:* & Quod etiam *Abbas paucis immutatis* differtissime expressit : *Nota primò , Regem non posse alienationem facere de bonis , & Juribus Regni: bona enim sunt Dignitatis , & non propria ipsius Regis , licet ipse habeat Jurisdictionem in administratione ipsius :* & paulò post : *quia bona Regni non sunt ipsius Regis , sed Regalis dignitatis.* Repugnat igitur natura Regnorum , quæ hujusmodi conventiones non patitur , illa enim eorum natura est , quam illis initio dedere Gentes , pacto inter Regem , & Populos inito . Hinc est , quod Privatorum conventionibus non tolluntur : nám quæ Gentium consensu , & tacita quadam conventione inter Regem , & Populos quæruntur , sola Regis voluntate tolli non possunt . Quò etiam spectat , quod traditum est , filium

e Ut monet Paul. in l. mortuo bove §. lateat de leg. 2.

f Bald. conf. 389.

g c. intellectu de jur. jur.

filium nempè non succedere Patri in Regno, ^k
 sed ipsum, evellere à manu Populi vi consuetu-
 dinis, quod communi omnium consensu consti-
 tum est:^l Quæ sententia plures habet asserto-
 res, inter quos est *Valenzuela*, ^m qui hæc ha-
 bet: *Quod in Regno, & successione illius maxi-ⁿ populus ac-
 mè procedit, pædo enim convento ob publicam sa-^{cipit.}*
*lutem jam indè ab initio à tota Republica cum
 primo Principe inito, Gentium Jure inducto, Dei
 numine confirmato Posteris primi illius proditur,
 scù aperitur Regnum, nec ab hoc, aut ab illo Pos-
 sessore accipitur, sed potius Jure sanguinis defer-
 tur. Hinc etiam illud est, quod communis senten-
 tia docet: Regnum deferri, neque tanquam hæ-
 reditatem ex testamento, neque tanquam ab
 intestato, nec ex hereditationi, divisioni, nec aliis
 dispositionibus obnoxium, ⁿ solo geniturae, aut
 sanguinis Jure.*

His etiam accedit defectus potestatis, nàm
 cum hic succedendi ordo à consensu Populi pro-
 cesserit, idem religiosissimè servandus est, nec
 Regum arbitrio mutandus. Non enim liberam ^{Reges Re-}
 facultatem de Regnis disponendis Regibus ^{gnorum} ^{procurato-}
 Populi concessere, sed potius eorum ad- ^{res magis,}
 ministrationem, ut Successoribus Regna cu- ^{quam Do-}
 sto- ^{mini.}

^k Bald. in c. i. §. hoc quoque de succēs. feud.

^l Caffan. in Catal. glor. mand. n. 1. confid. 25. in princip.

Bovadill. in polit. lib. i. c. i. n. 15. Simanca de primog.

lib. i. c. 15. Petr. Greg. de Repub. lib. 5. c. 3. Covar. præf.

qq. c. i. n. 15. Mulin. de Iust. Q. Iur. i. om. 1. trist. 2. disput.

23. n. 14. Vela disser. 4. num. 39. Lard. Anchæ. & alii.

^m Valenz. conf. 198. num. 2.

ⁿ Gonzal. c. licet de vero.

stodirent ; ac eorum succedendi modum Regionis consuetudine , vel inductum , vel præscriptum , neque delerent , neque inverterent : quibus ea ratio addi potest , quia scilicet proprietas Regnorum est penè Populum , ususfructus penè Regem : o ità sanè , & rectè ex Veterum sententia docuit *Othoman*, nàm Regnum, sive Corona ipsa est , quæ possidet Jura , & bona Regni , & Rex ejus nomine ipsam dignitatem . Ideò Rex jura Regni , quæ à Corona possidentur , nec alienare , nec immutare poterit , & licet sit Dominus , illud dominium simile est dominio mariti ; quod sequentibus verbis explicat antiquus quidam doctor ; p Nàm sicut inter virum , & uxorem matrimonium carnale contrabitur , ità inter Principem , & Rempublicam matrimonium morale contrabitur , & politicum . Ità etiam æquiparat Reges , Prelatis . Aliam afferunt similitudinem cæteri Auctores , nempe illam *Tutoris cum Pupillo*.^b

Prætereà si majoratus Jure Regna judicabimus , quisnam erit adeò ignarus , qui existimet , majoratus successionem in extraneos cedi posse , contrà communem omnium sententiam , quæ uno solum casu hujusmodi renunciations admittit , quando scilicet in beneficium immediati successoris factæ sint ? Quæ adeò vera sunt , ut locum ha-

^a *Castrenf. conf. 164. n. 5. Camerar. in d.c. Imper. de prob. feud. alien.*

^b *Lac. de Pez. in l. quicunque. C. de omni agro deser. lib. 11. q Ren. Coppis. de domin. Franc. lib. 2. sit. 1. Micreze par. 4. q. 1. n. 230. Cost. de tert. c. 17. n. 9.*

habeant non solum si Regnum ipsum, verum etiam si spes succedendi renuncietur. Illud enim interest inter successiones, quae obveniunt iudicio Testatoris, vel lege: & successiones, quae deferuntur ex contractu Investituræ. quia hujusmodi successiones ex investitura sumunt veram, & immutabilem naturam, ut ait Bald. quae voluntate Successorum immutari non potest. Quod secundum est in aliis hereditatibus, in quibus spes, quam habet Successor, iudicio Agnati, vel Cognati tolli potest, putatur si instituisset heredem extraneum, ac proinde spes illa, nec Jus existens est, nec ut ajunt, *formatum*. Non ita res est in successionebus, quae deferuntur lege Investituræ: spes enim illa succedendi tanquam Jus proveniens ex contractu, & stipulatione, dicitur Jus quoddam irrevocabiliter quæsumum Agnato, ut monet Bart.^s Quæ si locum habent in feudis, multo magis in Regnis obtinent: altiores enim spes succedendi in Regnis radices agit: Quod discrimen præ cæteris novit Peregr.^t qui cum de Regnum successione ageret, haec scripsit ad rem nostram: *Et spes, quam habet filius Regis, aut frater Regis viventis de succedendo post illius mortem in Regno est ad eum a Jure, & usu Gentium approbata, quod nec ordinatione, aut alia Regis voluntate tolli, aut immutari posset, præponendo secundogenitum Primo, aut Tertium secundo, aut aliter. Ad hoc tex. in d. cap. licet, & inde sic notarunt Jo: Andr. Imol. Ar- chid.*

^s ad l. quod dicitur de verb. oblig. Andr. c. 1. §. olim de success. fœd. Montan. de Regal. fol. 25.

^t Peregrin. conf. unic. post tract. de Iur. Fisci.

ebidic. & alii in d. cap. grandi, Abb. in cap. intelleedo col. 2. de jurejur. Felin. in c. prudenteriarum col. 2. de offic. delegat. Jason. in l. nemmo potest col. 1. ff. de leg. 1. cum aliis concord. adductis per Cyrier. lib. 3. q. 3. Tiraque. q. 21. & q. 27. quibus in locis addunt varia exempla, & complures Auctoritates, & est recepta conclusio: Haec tenus Peregrinus.

§. X I.

De causa si: ali renunciationis.

Proverbio utar Graeco τῷ Ληθοὶ καλυπτῷ videtur mihi Germani: Sed dum hoc sanguinem volvunt, Amicorum optime, inutili, & inexhausto labore defatigantur. Renunciationem nobis tamen vehementer opponere mutantur jam rerum statu, & cessante ejus causa, furor quidam est, & ut opinor, Germanorum animis offusa caligo. Defecit jamdiu renunciatione, dicam illud, audiente Germania, quia scilicet causa finalis, & ratio renunciationis evanuit. Et semper major me cœpit admiratio, unde tantis Germaniae Jurisconsultis in mentem venire potuerit, ex vi renunciationis Serenissimam Mariam Theresiam omnino fuisse exclusam, aeternumque à successionis spe rejectam. Quoniam si omnia bona fide excutere velimus, nunquam animus Hispaniarum Regis fuit in omnem casum arcere filiam à Regnorum successione. Præcipua enim ratio renunciationis, non

non illa est, ut filiam semper removeret, sine causa exhæredaret, & spem succedendi perpetuò adimeret: Id enim esset contra conjecturam pietatis, quam in parentum animis insculpsit lex naturæ, & qua in voluntatibus Ascendentium splendis sæpè utitur *Papinianus*.

Quid enim causæ esse poterat, ut tam infenso odio innocentem filiam, & inculpatos liberos persequeretur? Quod de piissimo Principe vel suspicari, nedum afferere religio est: Aliò spectavit piissima tanti Regis mens, alia tam enixa renunciationis causa fuit, bonum scilicet Regnum suorum, Hispaniensis Imperii dignitas, & amplitudo, & toties decantata inter utramque Monarchiam incompatibilitas, quæ tertio quoque verbo repetita sunt, & sæpè saepius incu'cata. Illud enim summoperè abhorruit Rex cæteroqui pietate clarus, & prudenterissimus, ne fiorentissimum Hispaniarum Imperium Gallorum Imperio accederet, & simul adhæresceret, adeo, ut utraque Natio ab unotantum Principe regeretur, & Hispaniæ tanquam Galliæ Regno acedentes, Augustissimo Gallorum Regi obtemperarent. In omnibus his Regum contrariaibus causam finalem hanc fuissest, quis est, qui nesciat? Nota omnibus ea est, sive verba renunciationis, sive mentem contrahentium inspiciant, sive naturam Regnum, & exempla majoratum, sive demum historicorum testimonia, & auctoritates Doctorum.

Ut autem eam investigemus, Delio urinatore opus non est: illa enim hæc sunt, qui-

N bus

*Regni His-
panici cū
Gallicano
impatien-
tia præ-
puus Re-
nunciatio-
nis finis.*

bus nihil clarius: Cumque inter sit status publici, & conservationis illarum, ut quæ tam magna sint, non conjugantur, occasionesque præcaventur, que evenire possent illas jungendi, & ob aequalitatem, & alias justas rationes statuitur pacto convento, quod Majestates suæ obtinere volunt robur, & vigorenu legi sibilitate in favorem Regnum suorum, & publicæ causæ illorum.

Hac potissima causa, & constans ratio, & non alia renunciationis, ut manifestius, & aperiens exprimi non possit. Eandem consignantissimis verbis expressam legimus in tabulis nuptialibus Serenissimæ Infantis Annæ. Cæterum quoties vitatur hæc Regnum conjunctio, quoties hujusmodi servatur æqualitas, ne unus, & idem Hispaniarum, & Galliarum sit Rex, nulla superest ratio, qua renunciatio niti possit; illa servanda erat æqualitas, & quemadmodum nullo unquam futuro tempore ex juribus occasione sceminarum quæsitis ad Galliæ successionem aspirare possent Hispaniæ, ita nec Galliæ ad Hispanias possent. Hujusmodi autem æqualitas

Successione religiosissime custodita est, illud absurdum fu-
Philipp. V. giendum erat, ne Regna confundarentur, &
æqualitas religiosa unum alterum absorberet: Cumque utrumque
custodita. vitatum fuerit, quis adeò demens erit, qui
primis, ut ajunt, labiis Jurisprudentiam degustaverit, qui afferere audeat, renunciatum
hoc casu fuisse Regnum successioni. Porro
invicta Hispanorum Natio, quæ & opulentia, & bellica virtute, Imperii amplitudine,
cætera omnia Imperia vel æquat, vel superat,
nullo unquam tempore passura, ut extero Princi-
pi

cipi subjiceretur. Cum autem huiusmodi conjunctionem vitavimus, quid, obsecro, preferit renuncatio, aut quænam causa perserverat, ut renuncatio substineri possit? Hoccine est unire Hispanicam Monarchiam cum Gallia? minimè Gentium, immo potius est integrum servare Monarchiam, Consuetudines, Magistratus, & mutato tantum nomine, eundem servare Regem. An mutatam forte Rempublicam, & Regnorum conjunctionem putant, animorum societatem? Non hæc sanè unio invisa Regibus, & Populis, non hæc illa est, quam in renunciatione fugiendam cautum est, sed illa potius, quæ Hispanias in Provinciæ formam redigeret. Hæc illa est incompatibilitatis ratio, quam DD. Hispani assertiverant, suis causam finalem renunciationis. Rojas^a cum ageret de incompatibilitate majoratum, eo exemplo usus, præsentem renunciationem ad Regnorum incompatibilitatem revocavit.

Verum quia suam opinionem Salzedi^a testimonia, & auctoritate confirmavit, cuius ipsius verba transcripsit, ejusdem sententiam, quibus ipse verbis expresserat, recitabo: ad rem enim, quam agimus, mirificè faciunt: hæc habet cit. Auctor: Potuit enim utilitatis publicæ causa hæc lex substineri, & nè Regna confundantur, ut ipsa lex ait, ibi: y por lo que importa el estado publico, y conservacion dellas, que siendo tan grandes no se junten; sed quamvis plura possemus dicere de præjudicio proveniente Hispanis ex unione illorum cum Gallicano Regno, subjectione

N 2 Im-

^a Rojas in append. ad p. 8. c. 10. de incompat. n. 9.

^b Salzed. polit. lib. 2. c. 14. n. 81. ac lge politica.

Imperii sui, nominisque amissione ex historiarum serie, fineque Aegyptiacæ Dominationis tempore Nabuchodonosor, qui & nomen Necao Regis Aegypti subvertit, gloriamque Tyri, devicto Tobalo illorum Rege, et si post decennalem illius Civitatis & expeditionem, & inclytam defensionem, deque fine Assyriorum, & Medorum, Niniviarum obliterata memoria, Babyloniorum exhausta fortitudine, Euphrate subjugato à Dario, & Cyro, Babyloniae magnitudine, & pompa Susa translata, devicto ab Alexandro Oriente, cuius elatio, ac Imperium ab ipsis servis scinditur, Macedonicum Imperium finitur, Græcorum Republicæ destrucción, subjugatio Orbis Romanæ Republicæ, etiam Romanæ magnitudinis, finis, & oblivio. Justè ergo ne Hispanorum antiquitas, & gloria à Gotborum antiquitate deducta, sicut supradictæ Republicæ nec memoria permanet, hæc obliviscatur subiecta Gallis, statutum fuit, abdicatumque jus succedendi Reginae Galliarum, ejusque successoribus, & potuit etiam pacto constitui in præjudicium filiorum, & jus in spe habentium ad successionem Hispaniarum.

Sed si Hispanis Auctoribus fidem non haberis, Germanis idem afferentibus habere ne recusa: Auctor c. notitiarum Orbis cum de hac renunciatione verba ficeret, non aliam illius causam reddit, nisi incompatibilitatem Regnum: *Infantam, inquit, Hispanicam ipso statim initio conjugii cum Rege Galliæ omni juri suo in ditiones quascumque Regis Hispania renunciasse intuitu incompatibilitatis constitutionum fun-*

c. Beaman. notii. Orb. Terr. de Regno Galliæ c. 3. §. 8. p. 527.

fundamentalium utriusque Regni.

Quod adeò ejusdem Scriptoris animo fixum erat, ut cum iterum de Gallia verba faceret, specialem reddiderit rationem dictæ incompatibilitatis inter Hispaniam, & Galliam his, quæ sequuntur verbis ^d: *Namque (inquit citatus Auctor) Et hoc circa limites Galliae prætereundum non est, illos cum incrementis jurisdictionis æquæ proferri cùm in Hispania, aliisque Regnis, etiam si jurisdictioni Regis novi tractus accedant, priores termini tamen iidem maneant, Et tractus illi peculiares status efforment, prout in utraque Sicilia, Ducatu Mediolanensi, Belgio, Et c. elucet, quæ Regis Hispaniæ Imperium quidem suscipiunt, sed non tanquam Hispaniæ Regis verum peculia- ris status sui Principis: sed à Gallis quicquid acquiritur, id ipsi Coronæ Gallicæ accedit, Et quantumcumque sit jurisdictionem Regis tanquam Regis Galliae agnoscere cogitur. Quod ipsum in causa esse observant Politici, cur Regnum Galliae, & Hispaniae veluti incompatibilia sint, quia Hispania alii Coronæ inseri nequeat, Gallia vero, quod acquirit, sibi annexat, unde Et Reginam Galliae hodiernam solemnri renunciatione omni juri suo in Regnum Hispaniæ cedere oportuit, cū Regi Ludovico Decimoquarto ex Hispania adduceretur.*

L'une des plus anciennes constitutions de la Monarchie d'Espagne, sur la quelle ils mettent tout le fondement de leur domination, est, que le Royaume soit inalienable, qu'ils vivent tousjours sous leurs propres Roys, & que leur Couronne ne puisse estre annexee, ny incorporee à aucune autre.

Celle

^d Beccan.notit.Orb.terrar.de Gallia cap.6.§.2.pag.166.

*Gallia
quocum-
que Regno
rum incre-
mēto unū
Regnum :
Hispaniæ
tot sunt re-
gna, quos
regnorūm
accessio-
nes.*

Celle de France au contraire seveut arroger ce droit (comme il conste par leurs Escrivains , & leurs Jurisconsultes) que tout ce qui est posséde & acquis par les Roys de France par quelque tiltre que ce soit est escheu à la Couronne hù il est son propre Domaine , & n'enpeut jamais estre membre , & doit estre assujetty aux mesmes Lois & forme de Gouvernement , que leur propre Royaume , tant pour la succession souveraine , que pour tout ce qui concerne l'estat publicc. de sorte , que si la Monarchie d'Espagne tomboit par Mariage ou autrement sous le pouvoir d'un Roy de France , elle deviendroit un membre , & un accessoire inseparable de la France . elle seroit reduite au mesme estat que la Bretagne , & autres Provinces , & à defaut de legitimes successeurs de sa ligne elle passeroit aux collaterales , & à tous ceux qui paruindroient au Trosne des fleurs de Lis .

Tous les François sont tellement d'accord de cette pretention , qu'il seroit superflus de la leur prouver , quoys qu'il ne seroient par difficile dela combatre , mais c'est une maxime recevee parmy eux dont ils se sont mis en possession par un long abus , & qu'ils sont resolus de maintenir opiniaſtremet en toute sorte de rencontres .

Cette incompatibilite tient quelque temps le conseil d'Espagne en suspens , il faubaittoit la Paix , mais il ne la voulloit pas ancheter , au prix d'une si dure servitude , & les directeurs de tant des Royaumes n'ueroient jamais peu se resoudre à devenir sujets d'un autre , ny voir leur Couronne Dominante erigee en Province .

La Reyne Mere de France , qui par les tendres

dres sentimens de Mere , & de tante soubaitloit avec ardeur une si belle , & si fortable union de deux Persones , qui luy estoient si cheres , appliqua tous ses soins pour esjoigner ces empêchemens , & l'on trouva ce temperament pour escurer les iustos doutes du conseil d'Espagne , que par le contract de Mariage l'Infante renonceroit absolumet à toute sorte des droits , qu'elle pourroit jamais pretendre sur le tout , ou sur les parties de cette grande succession sous quelue titre ou pretexte , qu'elle pust jamais avoir afinqu'en aucun cas la Monarchie ne put estre ny sujette , ny membre .

Et l'on se porta d'autant plus facilement de part , & d'autre a cet expedient , que le chemin en estoit tout fraye par l'exemple dela Regne Mere , & qu'en effet la renunciation , qu'elle fit estoit de mesme nature , que la presente dans la forme , & dans la substance , & estoit fondee sur la mesme cause de l'incompatibilité de ces deux successions . V. Bouclier d'Estat , & de Justice .

Si mentem contrahentium attendamus , quæ nam alia causa movere poterat Reges ita pios , ut excluderent à successione filias , repugnante antiqua consuetudine Regni ? fecit id quidem piissimi animi Rex , sed invitus , nec id fecisset , nisi causa publicæ utilitatis eum excusasset , ut scilicet Rempublicam servaret , & ne Hispanicam Monarchiam periculosa illa cum Gallis immixtione deleret . Debuisset profecto , nam licet alia Regna , quæ alteri Imperio accedunt , vel per nuptias , vel per successionem hujusmodi accessione nec delentur , nec intereunt , id ex

eo

eo evenit , quia tanquam separata à capite , cui accedunt ; suis propriis legibus gubernantur , quod secus est in Regnis , quæ cum Gallia consolidantur ; ea enim est illius Regni vetustissima sive lex , sive consuetudo , ut quæcumque Regna ad Reges Galliarum successione perveniunt , omnia cum Regia Corona ita coalescant , ut in unum corpus redigantur , cuius caput erit Gallia , quemadmodum in omnibus Provinciis Galliarum adjunctis usu venisse vidimus , in Ducatu scilicet Normandiæ , Brittaniæ , Aquitaniæ , Navarræ , & aliis .

Hæc igitur fuit mens contrahentium , ne hujusmodi coniunctio sequeretur , quam disertissimè in suo testamento expressit Hispaniarum Rex Philippus Quartus , ubi hæc habet : *Nelli tempi , E' età passate si è fatta molto special ripugnanza nelli accasamenti , e matrimonii dell'Infante di Spagna con li Rè di Francia , per l'occasione degl'inconvenienti , che risultarebbero giungendosi queste due Corone , perche essendo ambe , E' ogn'una da per se così grandi , che hanno conservata la sua grandezza con tanta gloria de'Rè Cattolici , e Christianissimi , coll'unione de' detti si minuirebbe , e struggerebbe la loro esaltatione , e ne seguirebbero altri gravissimi inconvenienti alli sudditi , e vassalli , al bene , e stato pubblico d'ambi i Regni , E' à tutti gli altri della Christianità , e per pervenire à facilitare questi matrimoni fra l'una , e l'altra Corona in beneficio degli Vassalli d'ambе , e dello stato universale , si è prohibita la unione di dette Corone , tenendolo per patto conventionale , che tiene forza , e vigore di*

di legge stabilita à favore dé i Regni , e della causa publica di essi, & in particolare nella captolazione matrimoniale concessa, e fatta in questa Corte alli 22. di Agosto 1617. trà il Rè mio Signore, e Padre, e'l Rè Christianissimo di Francia Ludovico Decimoterzo circa il matrimonio, ch'Io contrassi con la Regina D. Isabella di Borbone mia moglie, e che lo stesso contrasse colla Christianissima Regina D. Isabella mia molto cara, & amata sorella, si pattui, e capitolo, che non si giuntassero, nè potessero giuntare le dette Corone, e la detta Infanta mia sorella per se, & i suoi descendenti di quel matrimonio, havesse da renunciare, e renunciasse ogni, e qual sivoglia jus, che à lei pertenesse, ò in qualsiasi tempo li potesse appartenere per la successione de' miei Regni.

Si naturam Regnorum inspicimus, eadem causa finalis est; sunt enim hujusmodi Regna inter se incompatibilia, nec uuum cum altero sine alterius detrimentu misceri potest: magnum illud utriusque Nationis Imperium, gloriæ antiquæ emulatio, diuturnitas bellorum, locorum, animorumque genius, magnanimus ille timor, ne altera alterius, vel viribus, vel fortunæ cederet, ita Gallos, & Hispanos inveterata dissensione aluit, ut uni nunquam, eidemque Principi consentirent. Utique enim gens bellica virtute invicta, rerum gestarum gloria reliquas prætergressa, & Regnorum amplitudine univerfo Terrarum Orbe clarissima.

Hispaniæ, quæ Scipiones contempserent, Hispaniæ quæ contumelioso viginti annorum bello sub ^{num laus}_{a virtute} Duce Viriato maiores nostros exercuerunt, illæ, ^{militari} qua-

O

qua-

quarum invictos animos Numantino bello virtus
Romana demirata est penè perculsa , illæ , quæ
æquabili Romanorum fortunæ turpe Quintii ,
turpius Mancini fœdus sèpiùs exprobarunt ; illæ ,
quæ tot Consulares , tot Prætorios absumperunt
exercitus , illæ , quæ Sertoriano bello ita Ro-
manas & opes , & artes exequarunt , ut utri Im-
perio pariturus esset , quinquenao Terrarum
Orbis addubitataverit .

Illa , inquam , Natio , quæ tot , tantosque
Imperatores Romæ dedit , tot claros omni ævo
milites . Regnum illud toties ab hostibus in-
comparabili Hispanorum vittute ereptum , in
alienam ditionem traduci , quis ferret , sineret ,
pateretur ? Misceri enim hæc duo Regna non
possunt , quia illa sunt duo Europæ lances , ut
tradunt Scriptores , quibus cætera Regna pen-
duntur ^a .

Sed omnem , si quæ fortè supereft , dubi-
tandi rationem abjeceris , si hujusmodi renun-
ciationum rationes expressas , & causas audive-
ris à viro quidem gravissimo , & rerum Hispani-
carum peritissimo , hic est *Franciscus Ramos* ^b
eximius Jurisconsultus , cuius consilio omnia
'Equali- tatem de gesta sunt : acerrimus ille renunciationis. Affer- disse renútor , & Patronus , cum pro Renunciante con- ciationi contra Gallos scriberet , hæc ingenuè confitetur : caußam ex candi- Que en otros casamientos de Infantes hijas de
dissima los Reyes de Espana con otros Príncipes fuera
Francisci de Francia no ha sido regular la prevencion de
Rami au- la renunciaciion, como quando casavaren, Aragon,
convinci- Portugal , & Navarra , porque se conogia , que
zur. por

^a *Kochlius de aerario.* ^b *Franc. Ramos.*

por las Infantes, quando llegasse el caso de suceder, no salian de España sus coronas, y lo mismo en los casamientos con Príncipes de la Casa de Austria, y que la experiencia manifestó desde D. Felipe el Primero, que llegado el caso de la sucesión se conservó siempre en España la caza de la Monarquía de la manera, que también se consideró en otros matrimonios de Infantes con Reyes de Hungría, Inglaterra, y Dinamarca, y después de Saboya, donde las embrazadas eran sucesibles, y no podía darse, que si la sucesión llegase a tocar a las Infantes, o sus descendientes poseedores de aquello Reynos, y Estados havían de residir en los de España, como mas principales, y proporcionados a la representación, y regimiento de todo. Vea el Autor de este tratado, si estas consideraciones se ajusten a los matrimonios con la Francia, y se la misma se conformaría, en que uniendose por hija, que no haviéssese renunciado las dos Coronas, fuese España la villa, y caza dell Imperio.

Num clariora his verba desideras? illa unio fugienda erat, quæ utrumque Regnum confundederet, & ex qua illud oriretur, ut Hispaniæ, vel in Gallias migrarent, vel essent Galliarum accessoria, ut Galli Authores loquuntur.

Sed quid amplius te morer! semper & Gallicis, & Hispanis idem consilium, nec unquam disputata hæc Regnorum incompatibilitas, adeout non renunciatione opus fuisset: Quod egregio illo Reginæ Blanchæ exemplo manifestum est. Rex Castulonensium Alphonsus Octavus cum plures haberet filias, Blancham primogenitam,

Duo grad
vissima
exempla
probat ci-
tra renun-
ciatione,
a qualita-
tem exclu-
sisse à suc-
cessione,
qui erant
alioquin
successori.

O 2

que

• Thuan. Cardinalis Oßart.

quæ nupserat Primogenito Regis Galliæ , & Be-
rengariam , quæ nuptui tradita fuit Regi Le-
gionis . Cum Rex Pater dececessisset , & Regno-
rum successio Blanchæ tanquam Primogenitæ
fuisset delata , Rex Galliæ renunciavit Juri suo ,
cum bene nosset , esse hæc Regna incompatibili-
lia . Ecce omnia bona fide gesta . Ecce servatam
legem incompatibilitatis , ut omissa Primoge-
nita , secundo loco nata sucederet . Nulla ad-
erat renunciatio , quæ in illa controversia impe-
dimento esset . Impedivit tamen successionem ,
Regnorum natura , ut ex gravissimis Hispanis
Authoribus compertum est .^b

Eo-

^b *Mariana de rebus hispan. lib. 12. c. 7.* Blancham etatis
prærogativa sublevabat , ut fraterni Imperij bæres esset ,
legesque Hispaniæ , si Iura regnandi Legaleiorum modò
tabulis continerentur , & non potius studiis populi , &
Principum dexteritate , virtute , festinatione , felicita-
te , quod in præfenti accidit & nàm maturatis Comitiis
Blanca prætermissa procerum , & populi consensu Be-
rengariæ Regnum delatum est , externum Imperium ex-
borrebat , & novorum motuum materiem , si Galliæ His-
pania commissa esset . D. F. Stevan de Garibay compend.
his. lib. 13. c. 10. Sobre esto articulo hubo grandes
diferencias entre estos Reynos , y los de Francia en los
tiempos de este Rey D. Alonso , y de su Padre el Santo
Rey D. Fernando . Perdi así ambos Reyes Padre , y hijo ,
como los Grandes de sus Reynos teniendo por cosa grave ,
que los Reynos de Castilla , y Toledo veniesen a govier-
no , y dominio de Príncipes extranjeros , nunca ello dieron
lugar , agora en este matrimonio hubo fin esto negocio , por-
que en contemplacion suya el Rey S. Luis renunció todas
y cualesquieres acciones , y derechos , que pretendía tener
los Reynos de Castilla , y Toledo , y así cesó este reclamo .

Eodem ferè Jure incompatibilitatis Regina Isabella Regis Galliae Ludovici Undecimi fratrem exclusit. Quæcum Regi rescripsisset, hanc rationem reddidit, cur his nuptiis non assentiet.

Hæc sunt Epistolæ verba, quam adducunt Scriptores: *d Heredando el de Berri el Reyno de França, los franceses se otorgarian principalidad, y mayoria de titulo, teniendo estos Reynos por Provincia sufraganea, y que la Reyna havia de seguir lo que las leyes de sus Reynos disponian en gloria, y acrecentamiento del çetro Real dellos.*

His positis, securius contra Germanos eundem arma retorquebimus. Servata est æquitas, impleta est Philippi Quarti voluntas, nulla igitur adest renunciatio; optimè consuluit rebus Hispanicis Philippus, ne casus ille eveniret, & quando quæ ipse disposuit, servata sunt, renunciatio omnis deleta est.

Mutato rerum statu, melius à Rege Caro-
lo Secundo rebus Hispanis consultum est. Debe-
mus nos omnes il'ud, & pietati Regis nostri, & *pax partæ*
Regis invictissimi Galliarum consilio, & muni-
ficentia, qui post tot, tantosque Populos, tanta tas*servi-*
cum sui nominis gloria victos, majori cum *ta cū Gal-*
gloria scipsum vicit, magnanima tot Regnorum
repudiatione. Quid, obsecro, ab hac renuncia-
tione Rex Philippus expostulat, & quid ab illa
quærebamus? pacem perpetuam inter Gallos,
& Hispanos, quæ fuit potissima ratio, & ma-
trimonii, & renunciationis; jam eam conse-
quuti sumus æqualitatem cum Gallis, nè Rex
Gal-

& Ramos in responsi. contrà Gallos.

Gallus Hispanis dominaretur? jam id obtinuimus. Integrā Monarchiam Hispaniarum cum proprio Principe! jam & Dei Optimi Maximi beneficio, & liberalitate Galliarum Regis id nobis datum, & oblatum est. Quis autem adēd impius esse poterit, ut hoc casū filiam excludat? quis non crediderit, pios Philippi manus lætitia gestientes, cum ē Cælo ad nos oculos fortè converterit, & ad Monarchiam, quam penè labantem reliquerat, tanti Principis successione fæliciter confirmatam, ac veterem Hispano nomini gloriam restitutam respexerit. Non enim à Regum conjunctione abhorruit, vel Regnum societate, sed ab illa communione, quæ Hispaniarum Monarchiam oblitteraret.

Acriratio- Quæ cùm ità sint, non solum renunciatio ne Philip-
ne *Philip-*
pus ex vi, non oblitat, verum etiam illud tentari. Jure pote-
ipsius re- rit, ex vi ejusdem renunciationis, filiam ad Re-
nunciatio- gnorum successionem vocatam esse. *Quicquid*
nis ad suc- enim sub aliqua conditione adimitur, sub con-
cussionem *cessio-* vocatus. *traria relictum censetur*. Omnia igitur, quæ fi-
liæ adempta fuerunt, nè Regna conjungerentur, quoties e contrario hæc conditio non extitit, om-
nia, quæ erpta ei fuerunt, præstabuntur.

Ratiocina- Sed Papinianum in medium proferamus, qui
tio ex Pa- præsentem causam non modò defendat, verum-
piniani re- etiam definiat. Quis enim hoc melior, vel Pa-
sponso rem tronus, vel Judex? Hanc speciem insignis Ju-
confirmat; ris consultus his, quæ sequuntur verbis propo-
nunt: *Dulcissimis fratribus meis, Avunculis eius,*
quecumque mihi supersunt in Pamphylia, Lycia,
vel ubicumque de maternis bonis, concedi volo,
nè

¶ L. cum pater, §. dulcissimis de leg. 2.

nè quam cum bis controversiam habbas. Omnidem corpora materna hæreditatis, quæ in eadem causa dominii manserunt, ad voluntatem fideicommissi pertinent. Ex eisdem igitur facultatibus percepta pecunia, & in corpus proprii Patrimonii versu. Item jure divisionis res propriæ factæ, non præstabuntur, cum discordiis propinquorum secundis prospexerit, quas materia communionis sollet excitare.

Insigne hoc Papiniani exemplum in successionibus majoratum, & cæteris dispositiōnibus DD. fere omnes præ oculis habuere, ut similes controversias definirent, ea scilicet ratione duce, ut tandiu ea dispositio permaneret, quandiu ratio legis perseveraret: More suo recte respondit, bona Jure divisionis propria sancta bona præstari, quia scilicet defecerant causæ discordiarum, quæ ab unione oriuntur, quod eruditissimus Gotbōfredus f. recte etiam monuit: *Fideicomissa ipsa ampliantur, declarantur, & limitantur per rationem, aut causam propter quam Testator motus fuit ad fideicomissum iam faciendum, adeòt talis ratio potius attendi debet, quam verba expressa.*

Ingeniorum illa Fœnix Papinianus, & Jurisconsultorum omnium facile Princeps ita rem paucis, & more suo definit, ut locum omnibus quicquam addendi præripuerit.

Atque hæc satis contra renunciationem scripsisse sufficiat, quæ tamen non omnino necessaria quisquam recte putaverit, qui hujus renunciationis justus erit aestimator. Ex ipsamet enim

F. In a. l. cum pater, §. dulcissimus de leg. 2.

enim renunciatione arma sumi possunt , quibus Germanos confodiamus .

Plura forsitan scripturus , si operæ pretium existimaverim . Sed quoniam ex ipsa renunciatione , ut diximus , arma sumi possunt , quibus Germanos confutemus , idcirco ab innumeris aliis , quæ contra illam objici possent , libentissimè abstineamus .

Pater filiæ amantissimus eam à successione non perpetuò repulit : Duos exceptit casus , si forte sine liberis soluto matrimonio vidua permisum remanserit , & si iterum nupserit , ob justas causas scilicet rationes arbitrio Patris , & Filii . Arbitrio igitur nostri Regis relictum fuit , ex justis causis , eam ad successionem Regnorum invitare , Et quamvis hujusmodi facultas ad casum tantummodo , quo frater matrimonio sororem collocaret , coarctata videatur , nihil tamen absurdius , nisi verbis ludere velimus . Necessariæ omnino erant nuptiæ , ut illi successio deferri posset , quæ ad liberos pertransiret . Cæterum facultatem invitandi Renunciantem referri ad nuptias , & non ad justas causas , à Juri ratione alienum est ; hujusmodi enim causæ , quæ bonum publicum , & Populorum securitatem respiciunt , Regibus potestatem tribuunt mutandi ordinem , quarum innumerae , præter nuptias Regibus possunt occurrere , præsertim , quia Regibus nostris id licuisset , etsi expressè cautum non fuisset , non solum quia exploratum est apud omnes , posse Reges ob bonum publicum invertere ordinem succedendi , privare immediatos Successores , & alios admittere , prout

prout publice utilitatis favor expostulat, verum etiam, quia renuntiatio non aliam ob causam recepta fuit, nisi ut Rex liberè posset disponere, ac proinde poterat consensum revocare, & filiae Jus antiquum restituere.

Inane illud est, quod duplē renuntiatiōis, velint, adfuisse causam, unionis scilicet, & æqualitatis: hæc non nisi una tantum causa est, quæ duplī vocabulo exprimitur (quod satis modò demonstravimus) cum autem in his ultimis nuptiis nulla æqualitas considerari potuisset respectu matrimonii, cum unum illud fuerit, non duplex, deberet necessariò intelligi respectu Regnorum, ut inter illa æqualitas servaretur. Porro quid est in utraque Monarchia idem servari ius, nisi ut quemadmodum Gallis nusquam Hispaniarum Reges imperari possunt, ita nec Reges Galliarum Hispaniis, adeo ut æqualitas potius fuerit effectus, quam causa. Ex hac Regnorum incompatibilitate, & ex hac prohibitione, ne simul commisceantur, eorumdem æqualitas orta est. Sed forte piaculum id asserere contrà Regem contrarium asserentem. Is enim ultimo testamento suo aliam causam non reddidit, nisi metum illum coniunctionis. Cuiam melius, quam Regi innotescere hujusmodi cause potuerunt? atqui Regi credendum est, et si de gestis Prædecessorum

Æqualitas regnorum definitur.

P

forum

^a Ut pluribus probat Salced. de leg. polit. lib. 2. cap. 13. & Autun. Portug. de don. Reg. ad quem Leitorem rejicimus.

forum testatus sit. b

Verum demus, duas fuisse causas, aequalitatis scilicet, & incompatibilitatis; inspicendum semper illud esset quænam fuerit finalis, quæ impulsiva; et si utraque finalis, quænam potior, nam illa semper spectanda est; haec ad eodem omnibus trita sunt, ut minimè digna censem, quibus te longius interpellam. Uno igitur, eodemque Papiniani loco, quem suprà adduxi, contentus ero.

In ea enim specie duplex causa concurrebat, & prædilectionis erga legatarium, quem maiore benevolentia prosequutus est, quam haeredem, & causa discordiarum. Sed quoniam haec ultima potior erat, quæ movit potissimum animam disponentis, hanc unam desicere satis fuit, ut dispositio locum non haberet, licet altera perseveraverit. Sed obiter haec dicta sunt.

Si duplex causa est, impleta utraque est: scilicet, & vitata Regnorum unio, & servata aequalitas: quæ servata eo casu non fuisset, si unus, & idem esset Galliarum, & Hispaniarum Rex. Cæterum aequalitas in separatione Regnorum sita est, non in Personarum prædilectione. Sed quoniam hac de re fusè admodum diximus, cum de incompatibilitate disseruimus, ad alia pergamus.

§. XII

b Glos. in c. Adrian. 22. 62. dist. & in c. & si necesse de donat. inter vir. & uxor. DD. in c. Per venerabilem, qui filii sint legitimi, Borrell. de prestatu. Reg. Catb. 47. u. 1. & sexcenti aliis.

S. X I I.

*Renunciationem fuisse contra Regum
juramentum.*

Sed Regiam causam jure Regio tractemus: audi, precor, si placet, aliam specialem hujus causæ rationem, quæ, cùm sèpè sèpius hæc in animo mecum ipse revolverem, in mentem venit, non solum scilicet renunciationem irritam ex his, quæ modò adduximus, verùm etiam Reges successores hanc obligationem ex Regni legibus contraxisse, ut exprestè teneantur illam revocare: quod si forte neglexerint, leges Regni violarent. Hujusmodi enim renunciations, quibus vel Regna in remotiores transfruntur, vel ius antiquum Regni successionis invertitur, contra primum Regum juramentum sunt, ac proindè revocandæ, vel ab ipso Rege, vel saltem à successoribus. Insta enim omnibus Regnis consuetudo, & cum Imperio nostra lex est, & quasi Jus gentium, quod initio Regni Rex quisque juret, *nanquam bona, quæ* *sceptri sunt alienaturum, & jura Regni integræ, & illibata Successoribus servaturum.* Atque ita potentissimi omnes Monarchæ cum inaugurantur more majorum, solemne hoc jusjurandum jurant, cuius vestigium extat in Constitutione Summi Pontificis, quam Regi Pannoniæ scripserat^a. Hujus autem generalis Regnorum confuetudinis nullus adest Doctor, qui

Juramen-
ti de regno
regend: fo-
lennis for-
mula.

P a non

^a c intellecto de jurejus.

non meminerit, quod etiam moribus in Regno Hisp^{an}iarum receptum est.

Duo autem continet jurisjurandi formula, quemadmodum demonstrant verba Pontificiæ Constitutionis, quorum alterum ne alienet, alterum verò, ut Coronæ honorem, & jura Regni illibata Successoribus servet ^b. Contra utrumque in hujusmodi renunciatione actum, quia utrumque continet renunciatio, ut potè quæ comprehendit, & liberam facultatem disponendi de Regno, & perpetuam Proximorum vocatorum exclusionem.

Renuncia regni, in illa renunciatione gestum est, quam filiam, nisi successores ejusque liberos æternum à Regnorum successori immene repellere, & Regibus liberrimam autoritatem fiat, tem tribuere, ut inter vivos, vel causa ultimæ alienatio regni est. voluntatis de Regnis disponerent, ut habent verba renunciationis.

Demus Germanis, quæ ipsi asserunt, rata sit renunciatio, ut aptur juribus renunciatis, Reges disponant de Regnis; in quemnam Regna transferent? in extraneum? Ecce alienationem prohibitam: ecce violatam juramenti Religione.

^b Carpzov. ad leges German. Befold. tom. 1. polis. dissert. de Maj. lt. in genere c. 1. n. 7. de Rep. c. 4. n. 15. Bornic. de ærar. lib. 2. c. 7. & seqq. Bodin. de Rep. c. 2. Arnis. de Iur. Majest. lib. 2. c. 1. n. 10. & seqq. Kocblius de ærar. lib. 2. c. 49. Hothman. illustr. q. 1. & lib. 1. de antiquit. Jur. Reg. Gall. c. 9. Grot. de Iur. belli lib. 2. c. 6. n. 11. & c. 4. n. 12. Mich. Ricc. de Reg. Hungar. & Ant. Bonfin. de hist. Hungar. lib. 7. decad. 2. & notant omnes in d. c. intellectu de jurejur. præcipue Abb. n. 3. Bald. Host. Anchæ. Et aliis relati à Corvar. ix. c. quatuorvis pæctum p. 2. §. 2. n. 4.

nem. In Agnatum remotiorem? an hujusmodi dispositio, quæ in immediatum, & proximum Successorem non sit, species alienationis non est? Sed quorsum dispositionem expectamus, ut alienationem factam suisse judicemus, cum ipsa renunciatio sit species quædam alienationis? respicit enim favorem remotiorum. (ut Germani omni conatu contendunt, illam respexisse) ac proinde fert secum necessitatem transferendi rem renunciatam, cum sola abdicatio non sufficeret, hæc enim tantum ex successorio edicto proximiорibus proderit, non ceteris. Atque hic est hujusmodi renunciationes, nisi fiant in immediatum Successorem, irritas omni-

no

c. L. 3. §. fin. ff. de don. in èr vir. & uxor. l. licet, §. quoties de Jur. dot. Castr. in l. si. actio, C. de paci. Bald. in l. paci. quod dotali c. de collat. l. 3. §. bac sent. ff. eod. & post Man- zic. Fabr. & alios docet Cancer. p. 3. c. 15. n. 163. id quod apertissime probatur in l. 1. C. de remiss. pign. Menucb. conf. 80. n. 56. Abb. canfi. 205. n. 46. Galerat. de renunciat. lib. 1. c. 2. n. 41. ubi hæc habet: Hinc renunciasia est alienatio, l. 1. de remiss. pign. Hinc minor non potest renunciarre, qui in quoquidem, id est, alienare. Montan. de iudic. c. 33. n. 377. est quisque alienationis verbum generale omnem suæ rei priva- rationem complectens, l. Antu. liberi, ff. de stat. liber. Idem in nostra facti specie tradit Cyriac. contr. 494. n. 11. ibi: nam respondeo, renunciationem primogenitura, & similium di- gnitatum fieri tantum posse ad favorem ejus, qui immedia- tè successorus esset, non autem alterius remotioris, quia reputatur extraneus, ut per Galerat. d. loc. n. 7. Tiraquell. de Jur. Primogen. q. 27. & faciunt quod dicam infra n. 22. undè cum in casu isto sit facta ei, qui non erat successor, resultat in veram alienationem, quæ si prohibita, & nulla est ex parte, nullid invalidior erit de toto Dicatu.

nō esse, quia scilicet sunt species alienationum; ac proinde tui tales jurejurando comprehensas, nemo negaverit.

*Renuncia-
tiones re-
gnorum in
vertunc or-
dinem fac-
cedendi
per leges
regias pra-
scriptum.*

Quod autem ad alterum renunciationis cat-
fuit, quod abdicationem fit, ejusque libero-
gnorum in rum comprehendit, altera jurisjurandi pars spre-
ta est: quandoquidem hujusmodi conventioni-
bus fundamentales Hispaniarum leges penitā-
abrogatae sunt: exploratum enim est, postquam
invaluit in iisdem Regnis jus, ut succederent
fēminæ, & ut earum descendentes admitteren-
tur, qui eas excluderit, iura Regni fēminis, &
earum descendantibus legitimis Successoribus non
servavit. Atque hūc spectavit Summus Pontifex,
cum postquam de alienatione Regni verba fecis-
set, illud subjunxit d: *Et in sua coronatione
juraverit iura Regni sui, & honorem Coronæ il-
libata servare, ut integra illa, & absque ulla mu-
tatione, vel diminutione apud Successores jure legi-
timō permanerent. Ita enim illud verbum (illibata)
aceperic nostri Jurisconsulti e: atq;itā de jurium
diminutione intellexerunt Interpretes. Sed inter
illos non præteribo, que Mieres scripsit his ver-
bis: *f Quia cū Regna habeant iura Sanguinis,
& in illis succedant primis Regibus, qui Regnum
habuerunt, non autem ultimō morientibus, nihil
in præjudicium successorum disponere possunt, nec
Regiae Dignitatis, & honorum, & reddituum Re-
gni aliquid diminuere valent, nec alienando, nec cō-
trahendo, nec donando, nec reliquendo, nec ali-
quo**

d c. intellecto.

e l. 1. §. de his, t. filia 20. §. Papin. ff. fam. bercis. lib. 8. pe-
nēs Castill. contr. 17. n. 9. f de major. q. 1. p. 4. n. 127.

*quo quolibet modo, nec possunt successoribus alio
quavis modo prejudicium inferre.*

Quæ cum ita se habeant, in minima Juriū Regnorū mutatione: quid dicendum, quæso, est, cum novus succedendi ordo tabulis nuptialibus inducitur, quod neque in majoratibus fieri posset? Quæcumque autem contra prædictum juramentum gesta sunt, non solum ullum inferre præjudicium successoribus possunt, verum etiam tenerentur Posteri tanquam Regni Successores illa revocare, ex vi ejusdem juramenti, quod nisi fecerint, leges fundamentales Regnorum non servabunt f.

Sed licet hæc ex veris ducta Juris principiis certa sint, & aliis non egerem, ut hanc tibi veram esse sententiam demonstrarem: cum tamen aliquando in aliqua inciderim Scriptorum loca, quæ mirificè faciunt ad rem nostram, ea silentio præterire non duxi. Hujusmodi renunciationes tanquam alienationes in juramento contentas censuerunt vñm veteres, vñm recentiores. Item exclusiones proximorum feminarum immodicè Regni Iura lacerere unanimi consensu testantur: ac proinde non modo irritas omnino, & inanes, verum etiam Reges ipsos, qui id fecere, atque eorum Successores & posse revocare, & teneri, exploratum est. Ita doctissimus Author, & in foro veratissimus de Regni Portugallie Successione consultus.

f. Bart. in l. probib. §. planè, ff. quod vi, aut cl. L. ac. de Pen. in l. quicumq; n. 12. C de omni Agru deserto. Corst in tract. de potest. & excellen. Reg. q. 98. Fab. de empt. & vend. q. 11. Mattiens. in l. 3. glof. 7. v. 2. & glof. 13. v. 1. Quint. Mandos. in c. 1. de probat. n. 20. Humad. in d. l. 1. tit. 1. p. 2. glof. 1. Hier. Partell. de confar. c. 22. n. 20.

Vultus respondit g, non posse Reges præjudicare Successoribus, & immutare ordinem succedendi, ea nixus ratione, quia in coronatione jaraverunt jura Regni illibata servare, quod etiam cum de renunciatione Ducatus Lotharingiae disceptaretur, notatum est, non posse Reges renunciationibus, vel alii contractibus præjudicium inferre immedio to successori, quia coronam laceret, servitatem Regno imponeret, successorum Jura libaret^h. Ex his

g. Lannar. conf. 1. n. 12. ibi: Rex non potest privare alios consanguineos vocatos ad Regni successionem, si filios non habet, cuius rei rationem redditum n. 15. quia Rex tenetur in beneficium successorum conservare Regni individualitatem, & ad beneficium successorum in Regno, & Principum, ac Populorum Regni introductum est, quod Reges non possint in præjudicium coronæ immadicus donationes, aut alienationes facere de rebus Regni. Sed tenentur in eorum confirmatione jurare Jura Regni illibata servare c. intellecto de jurejar. h. Cyriac. contr. 402. ibi: Reges, & alii Principes possunt disponere tam inter vivos, quam in ultima voluntate de bonis Regni, vel Ducatus, vel Principatus sicut modico, ita quod enormiter non lacerat coronam, vel Successores. Et paulo post, Læsionem autem enorinem, imd totalem considerant DD. respectu successionis, si Pater, vel alter ultimo defunctus tolleret successionem debitam unius, & conferret alterius, sive deberet alii filio, sive collaterali. Id enim Prædecessori non licet. Item cum ex hoc videatur quod ammodo subiecisse duos Ducatus huic servitati, ut fæmina successere nequeant existentibus masculis etiæ remotoribus, & tamen certum est, Regem Prædecessorem non posse subjecere Regna alicui servituti od præjudicium successorum. Oldrad. conf. 231. in fin. Bald. in proem. sead. sub n. 32. & paulo post. Sed debet Prædecessor relinquere subditos in eo statu, in quo eos invenit, glos. in l. moveor. 4. verb. deprehenditur C. si servus export. veneat de Plat. in l. niminem 64. C. de Decur. Roland. & alii.

Kis tibi constare ; arbitror ; Regem ipsum revocare eam renunciationem posse , illius autem successorem non modo posse , verum etiam teneri .

S. XIII.

Nullam extare legem , que repellat fæminas , & caram descendentes à successione Regnum Hispaniarum .

Ptichrum Edepol commentum ! Sed ingenuè tibi fateor , cum in hunc incidi locum continere me non potui , quin non nihil commoverer . Sed unde hoc Germanis , viris aliqui doctissimis , in mentem venire potuerit , planè non assequor . Miseret me sanè eximiorum virorum , quos vel nimius suscepit negotii amor , vel causa necessitas eò deduxerit , ut hæc afferere necesse habeant . Diù , multumque cogitaveram animi pendens , an & huic oppositioni aliquid responderem , inanis enim videbatur diligentia , & inutilis ferè labor . Verum cum singulas eorum partes accuratiū perlustrare polliciti sumus , neque hoc prætermittere operæ pretium existimavimus . Quærat alia , si poterit , argumenta Germania , nam in hoc quantum sit roboris , nemo adeò supinus erit , quem lateat , sed audi sodes Amicorum philtate , an ferenda sint , quæ in libello Investiture scribunt Germani : Et sa-^{Renuncias} tio Annae peraddito , quod anno 1618. status , & ordines ^{Austriae} Ludovico generales Regni Hispaniarum supplicarunt Regi ^{XIII.nup-} Phi-

ta, ab Hispanieis Comitiis confirmata. *Philippe Tertio, ut lege perpetua omnes in universum utriusque sexus liberos ex matrimonio Annae cum Rege Christianissimo excluderet, prout lege perpetua exclusi fuerant, juxta legem duodecimam, relatam in nono Hispaniarum legum Codice Matriti impresso anno 1640. Sum. n. 9. Ex quo pariter lege jubente Serenissimus Andegavensis exclusus remanet.*

Veriū dixissent, jubentibus legibus ita vocatus, ut cæteros omnes excluderet, sed illud est impudentius, quod subdunt: *Ita Baldus, loquendo de lege Salica Galliarum similicer exclusiva fœmina nuptæ Principi extero, ut in l. 1. ff. de Senator. ibi: Filia Regis Francorum non succedit in Regno ex consuetudine Francorum, nempe lege Salica, filius ejus, scilicet Rex Angliae in Regno Francorum nullum Jus prætendere potest. Quot verba, tot portenta: ò rem adhuc penitus inauditam! Vide, obsecro, quām omnia perturbent pro labefactanda successione Regis Hispaniarum: Legem Salicam proferunt. O præclarum legis Salicæ exemplum, quo fœmina eo tantum casu excluditur, si scilicet tali viro nupserit: Carterūm si alii nupserit Regi, vel innupta permanerit, vel vidua, non excluditur. Hoccinè est legem, legi Sàlicæ similem condere? ergò nè abrogatæ tot, tantæque Hispaniarum antiquissimæ leges? antiquata vetustissima consuetudo? tot, tantæque prudentissimorum Regum sanctiones deletæ? communis illa inter Reges, & Hispanienses Republicæ sponsio, qua promiscuus marium, & fœminarum succedendi ordo statutus jamdiù fuit, pro Germanorum arbitrio*

bitrio inversus? & lex illa succedendi in Hispanis, quam tulit Pelagius, sanxit Alphonsus, cæterique probavere Reges, longus invexit usus, Populus confirmavit; lex, inquam, illa fundamentalis, Comitiis habitis intè Hispanos rogata, ut renunciationem confirmarent, immutata non solùm, sed abrogata, & penitus eversa?

Non inficiar tamen, cum Serenissima Infans Anna potentissimo Galliarum Regi Ludovico Decimotertio nuberet, convocatas fuisse Curias Hispianiarum, ut ejusdem renunciatio firmaretur. Sed illas fuisse convocatas, ut lex aliqua ferretur, quæ tot, tantisque veteribus illius Imperii legibus adversaretur, id sane negaverim. Consensus ille Populorum, qui ad illam renunciationem accessit, nihil aliud porrò fuit, nisi quædam solemnitas, quæ contractum aliqui nullum, & legibus improbatum quoquo modo, & quoad fieri poterat, stabiliret. Cæterum quod ex illo consensu inducta fuerit perpetua fœminarum exclusio, nisi id aliundè Germani probaverint, ex hac Comitiorum vocazione non colligimus. Quæ, proh Deum, hominumque fidem, derogandarum veterum legum illis Comitiis seu Principis, seu Populorum voluntas? Et nisi de Principum auctoritate disferere piaculum esset, audaciùs dicerem, quæ potestas? Solutus Princeps legibus est, sed legibus fundamentalibus Regni potius obstrictus, quam solutus. Hac enim lege, Populorum consensus amplissimam Regibus impartitus est potestatem, ut leges fundamentales Regni custodirent. Ne credas, me sine Auctore loqui.

Princeps
lege regia
non est se-
latus.

Q 2

Do-

Docuit disertè id Molina^a his , quæ sequuntur verbis: Princeps autem, Consiliarii que ipsius nihil de novo possunt statuere circa successionem in Regno à Republica ipsa statutam, aliquid augendo, vel minuendo, vel etiam declarando , quo Jus uni tribuatur , aut ab alio auferatur etiam in posterum; Sed id ad Rempublicam totum spectat antequam alicui Jus , acquiratur : Et neque Respublica ipsa id potest , postquam jam Jus fuerit alicui quæsumum ex vi primæ Regni institutionis .

Sed forte Molina omnibus aliis Auctoribus indulgentior : nam cæteri omnes nec Principi , nec Populo , nec utrique hanc tribuerunt potestatem , nisi alia adsit potissimum causa , salutis Populi ratio , & illa publici boni nunquam excusanda necessitas . Ita docuit Autuñes^b cum cæteris . At quæ causa suberat , quæ Jus feminis antiquo Jure quæsumum tot inde seculis inviolatum , repente adimeret ? quid cause , inquam , fuit , ut legem novam inducerent , Juri Divino adversantem ? adversantem Juri antiquo Romanorum , Imperatorum Constitutionibus , & cæterorum non modò Regnorum usui , sed ipsi etiam Regno repugnaret ?

Sed si verum amamus , non aliò spectavere Comitia tempore nuptiarum habita , nisi , ut renunciationi , quæ invito Populo permitti non poterat , Populus ipse consentiret , adeo ut consensus ille nihil novi addiderit , nec ultra renunciationem progredi possit . Cæterum hinc legem generalem inducere , quid hoc esset aliud , quam , quæ in casu singulari gesta sunt , ad omnes

^a Molin. de Justit. et Iure disput. 627. p. 5.

^b Autuñes de Donga. Reg.

mnes non modò casus extendere , sed inde etiam generalem legem eruere ? Populorum confirmatio ultrà casum , quem confirmare voluerunt , non producitur .

Sed videamus , an ijdem nos jactulis jugulari possumus Germanos . Potissima eorum ratum renupatio , cur fœminas , earumque descendentes , pronunciant à Regnorum Hispaniarum Successione fuisse exclusas , ea est , quod cùm Serenissima Infans Anna cum potentissimo Ludovico Decimotertio matrimonio jungeretur , ità concepta renunciatio est , ut eam , universa Hispaniensis , quanta illa Natio est , convocatis Curiis confirmaret . Iterum sciscitemur , cur renunciationem illam Infantis Annæ validam fuisse contendunt ? quia scilicet respondent , aecessit Curiarum convocatione . Utter , si velis , eodem arguento contrà ipsos , & eadem arma retorque , & eoru sententiam his , quæ sequuntur , audacter expugna .

Descendentes ex fœmina , illi scilicet , qui Aique inter ex nuptiis Infantis Annæ suscepit fuerint , à de agumento Regnorum Successione removentur , cur ita ? quia nimis filia Regis renunciaverat , minime , utrinque Sed quia calatis Hispaniarum Comitiis , cum te jugulatur Germani hujusmodi pactiones proponerentur , communis illius Gentis suffragio probatae sunt . Hunc consensum , hanc approbationem vocant illi legem , in qua totam vim colligant defensionis ! Argumentor modò contrà ipsos pro re , quam agimus , jam lupum , ut est in proverbio , aribus teneo , inevitabilis consequutio . Igitur cùm in renunciatione Infantis Mariæ Theresiae nihil horum gestum sit , cum ejusdem nuptiilibus

ibus tabulis Populi consensus defuerit ; & convocatio Curiarum non accesserit , nulla lex lata fuit , quæ descendentes ex hoc matrimonio excuderet : quinimò colligitur rectè contrarium : quemadmodùm enim , ut illi repellи possint , opus fuit consensu Populi , ubi ille defecerit , nihil actum , nec renunciatio rata erit , nec ulla inducta lex , quæ illos à Successione Hispaniarum perturbaret . In summa ijsdem rationibus , quibus priorem renunciationem , de qua nulla contentio est , confirmant , & substantient , posteriorem hanc nostram , in qua præsens versatur controversia , improbant , labefaciant , infirmant , & ut verbo te expedias , lex illa , quam ipsi , ut sibi blandiantur , commenti sunt , ac aliam renunciationem pertinet , non ad nostram . Cur autem hunc consensu , legem appellaverint Germani , non satis intelligo . Consensus hic , ut nuper diximus , à Populo præstitus , nihil ultrà progreditur , quam ipsa renunciatio . Idem semper erit utriusque judicium , adeo ut si aliquid non staret renunciatio , nihil roboris adderet hæc confirmatio ; exemplo alienationis rerum Pupilli , cui si accedat Tutoris auctoritas , & decretum Prætoris , cateros contractus defectus non supplet .

Sed fortè inutiliter hæc disputamus , Quid nobis cum hac commentitia Germanorum lege ? Infantem Annam suisse exclusam ; item ejus descendentes : quid refert ? concedam nè , an dissentiam , nihil interest . Potentissimus Hispaniæ Rex , licet ex Infante Anna descendat , non eo tamen Jure hæc illi successio delata est ,

est , sed vel Jure Infantis Mariae Theresiae , vel Jure suo : si Jure matris , hoc Jus licet renunciatum , renunciatum tamen est sine Comitiis : Si Jure suo , matris renunciatio , & Comitia quid officiant?

Sed quoniam causam renunciationis jam evanuisse superioribus capitibus demonstravimus , cum ipsa renunciatio deficiat , omnia concidunt , necesse est , quae pro illius confirmatione gesta sunt . Manet igitur , aeternumque manebit immutabilis illa lex Hispianiarum fundamentalis , quae certum succedendi ordinem tam pro masculis , quam pro fœminis induxit , nec in re tam clara longiorem orationem affe-
ctabo .

§. XIV.

*Demonstratur , potentissimum Regem
Hispianiarum non esse
exterum .*

EPistolæ modum jamdudum excessimus , & forte longius , quam initio credebamus te detinimus , quod sanè piget . Quapropter hic quidem libentissime quasi confecto curriculo quiescere mus . Sed quoniam ad metam adhuc non pervenimus , quod forte nobis viæ superest , alacriter conficiendum est . Repellunt à successione Philippum Hispianiarum Regem , quia scilicet exterum . Sed cur exterum , & peregrinum appellant , qui ad Regnorum successionem materno jure vocatus est ? Nos peregrini nomine in-

*Qui pere-
grinus;*
tel-

telligimus hospitem, qui in aliena versatur Republica, ubi nec domicilium habet, neque ullam cum ea juris civitis communionem. Sic nec exterus est Rex Hispaniarum, nec leges, & instituta, quæ Regem peregrinum removent, ad praesentem controversiam pertinet. Intelligendæ enim illæ sunt de electionibus Regum, de successionebus verò non item, quod rectè notat Grotius, ^a cuius hæc verba sunt: *Nam quod lex vetat alienigenam Populo præfici, de voluntaria electione intelligendum est, non de eo, quad temporum necessitate adductus Populus facere cogebatur. Quod verò ajant alii, usos Maccabæos Jure Populi, cui autoritas deberetur, ne id quidem firmum. Nam Judæi primùm à Nabuchonosore devicti Jure belli, ex eodem jure successoribus Chaldaeorum, Medis, & Persis parverant, quorum totum Imperium Peregrini ad Macedones devenit.* Peregrinum, & exterum non sunt, Regem quis appellaverit legitimum Successorem? quos inter Si quicunque Agnatus non erit, erit exterus, & connubia peregrinus, ac proinde non admittendus: cur fœnes, & per minas vetustissima, & generali consuetudine ad cognationes Regnorum successiones invitamus? cur Augustissimos Austriacos Hispaniæ receperunt? cur Iustitia Philipponum? cur tot, tantaque Regna, & Imperia sunt. ^b cur quidem innumera sunt, sine controversia alterius familie Successores non recusant? præsertim cum Augustissimus Rex in Hispanias migraverit, ut ibi adolesceret, & inde totius Monarchiæ gubernacula susciperet, Regnorum juribus ne quicquam immutatis, ut non novum quæsivisse Regem, sed potius Augustissimum

Ca-

^a *de Jur. belli lib. i. cap. 4. pag. 80. num. 7.*

Carolum Secundum, cuius fruebamur Imperio,
revixisse nobis videatur.

An ne peregrinum appellabimus, & non *Civis aliis natura, aliis elec-*
potius Civem? Non solum natura Civis facit, *natura,*
sed lex. Miles Civis est, ubi meret, Magistra-*tione.*
tus, ubi jus dicit, Rex ubi regnat. Principem
Civem esse ex ipsa Civis definitione docuit
Aristoteles. b

An novum illud est? exemplo sint Roma-
ni Imperatores. Quænam Respublica religio-
sius jura Civitatis custodivit, & magis peregrini-
nos abhorruit, quam Roma? Si tamen quis Ro-
manum perpetuò mansurus migravisset, tanquam
Civis, non tanquam exterus suscipiebat Impe-
rium. Notanda sunt, quæ ad hanc rem scripsit
Gregorius de Republica his verbis: c *Quin etiam, Romani*
qui tantoperè commendata habuerunt sua jura
Civitatum, Romani externis detulerunt Imperium,
ut Trajano, & aliis deinceps. Et quamvis
*Solon Atheniensibus præter eos, qui sacra, aut ge-
nus, aut stirpem antiquissimam haberent, jus Civi-
tatis nulli Peregrino dari mandaverit; tamen ex-
cipere conatus est, nisi ei, qui aut perpetuo exilio
Patria pulsus esset, aut alicujus artis causa cum
Penatibus, & domo Athenas commigraffet. Nihil*
aliud rei à Populo desideratum unquam est.

Quid Brittannia in matrimonio Philippi Regis
Secundi cum Maria pācta est? filios forte, qui ex
illo matrimonio nascerentur, licet Austriacos, & glicano.
alterius familiæ à Regnorum successione remo-
vit? satis Regno cautum existimaverunt, si apud
ipsos Rex viveret, educaretur, & regeret: atque

R. ita

d. 2. polit. c. 1. Civem definit. c lib. 4. c. 4.

itâ conventum tradit Thuanus : Ut non possit
(scilicet Philippus) Reginam ex Anglia , nisi ipsa
roget , secum abducere , nec filios , quos ex ea
sumserit , qui in Anglia adolescent , & educabun-
tur in spem successionis , nec inde exire permittun-
tur , nisi necessitas , aut legitima causa inciderit ,
idque ex Anglorum consensu .

Lex Hispanica de non alienari in exteris in excessu proposita rei argumentum producta.

Sed ecce exemplum ex legibus Hispaniarum
petitum . d Extat quedam lex in Hispaniis , non
posse Castra , Civitates , aliaque id genus bona
alienari in exteris ; quae in hanc sententiam scripta
est : y defendemos , que ningunos , ni algunos de nues-
tros subditos , y naturales no sean osados de dar , ni
vender , ni trocar villas , ni lugares , ni Castillos ,
Tierras , ni heredamientos , ni Islas de nuestros
Reynos a Rey , ni a Señor , ni a otra Persona estra-
ñera de fuera de nuestros Reynos , sò pena de la nues-
tra merced . Quærunt DD. , nùm locum habeat
hac in extero consanguineo Possessoris , qui tamen
domicilium in Hispanias transtulerit : Respondent ,
non obtinere legem : e quarè eam limita , &
restringe , et procedat , nisi exterus iste velit se trans-
ferre ad habitandum in his Regnis ; tunc etenim
admittendus est ad successionem majoratus , &
maxime cum sit consanguineus Possessoris majo-
ratus .

Sed ne plura : eodem ergo modo Philippus non
erit exterus , quemadmodum ex communione omnium
consensu non erat exterus Dux Bavariae , quem
primo loco , fama est , fuisse Regem Hispaniarum
de-

d 1.2. de donat. lib. 5. tit. 10. glos. 1. apud Matienz.

e Iu: Matienz. In comment. ad dictum legem n. 3.

designatum. Verum, ut nulla supersit dubitandi ratio, ex ipsa renunciatione constat, exteris hoc *Ratione.*
sensu acceptos esse admittendos. Memini namque, me olim in renunciatione legisse, duobus *les Philip-*
pus Civis probatur. casibus non fuisse Infantem exclusam, vel si vi-
dua permanserit, vel si soluto hoc matrimonio,
aliud ea matrimonium contraxerit. Porro cum
alia soror nuberet Augustissimis Austriae, cum
alio Principe oportebat Infantem viduam ma-
trimonium contrahere: ergo cum extero, quan-
do omnes alias Principes, qui Austriae non
sunt, exteris judicabimus, quo nihil falsius.

Si verò paulò altius rem petendam duxeris, præsentem Hispaniarum Regem verius Hispanum dixeris, quam peregrinum, & si ita cen-
sueris, juxta Romanarum legum sentiam judi-
cabis, Civis apud Romanos non solum ille est, *Modici-*
qui in Civitate natus, sed ille etiam, qui in *vitatis a-*
Civitate receptus. Excidere nè tibi forsitan tri-*cquirande*
tæ illæ juris regulæ, Civem effici receptione,
domicilio, adoptione, dominio, & sexcentis
aliis modis, prout unaquaque Regio, pro ob-
tinenda Civitate, leges tulerit. Si omnium vo-
tis, & consensu receptus in Hispanias cur non
erit Hispanus? Hoc illud est, quod inter *Scæ-*
volan., & *Brutus* tractatum est hominem
hostibus deditum reversum, nec a Romanis rece-
ptum, Civitatem non adipisci. Adeptus certè
illam fuisse, si Cives illum receperissent. Haec
ratio potissimum fuit, qua *Tullius* & *Baldus* ex-
R. 2 cusa-

¶ 1.4. de captiv. et post limip. reserv.
¶ Cicero pro Baldo.

cusaret, quod Civitatem ipse non amississet, quia scilicet illa alia Civitas eum non receperat. Eodem jure admonitus Pomponius Atticus,^a jus Civis Atheniensis recusavit, ne scilicet Civitatem Romanam amitteret, cum enim Atheniensium receptione Civis Atheniensis fieret, desinebat esse Civis Romanus. Hinc reque DD.^b tradidere, quemcumque exterum, si a Civitate aliqua receptus sit, ejusdem Civitatis fieri Civem.

Præterea nonne domicilii translatio, & animus perpetuò permanendi Civem efficit? exemplo Attilii Reguli utitur Jurisconsultus, qui ita respondit: ^c Et ideo in Attilio Regulo, quam Carthaginenses Romam miserunt, responsum est, non esse postliminio reversum, quia juraverat Carthaginem reversum, nec animum habebat Roma remanendi. Ecce igitur permanendi animus Civem constituit. Hinc etiam illud apud Romanos, quod Provinciales ^d illos appellaverint, qui in Provincia haberent domicilium. Cur igitur hunc potentissimum Regem eodem sermone Civem, & Hispanum non appellabimus?

Sed aliam, quæso, audi solidam quidem rationem: cur jure Quiritum ^e quicumque in Urbe Roma erant, Cives Romani effecti sunt: quia Roma caput Imperii erat, & communis omnium

Pa-

^a Cornel. nepos in vita Pomponii.

^b Bart. in l. prima ff. ad municip. ibidem Luc. de Pen. n. I.
Plit. n. 2. & Cujac.

^c l. 5. ff. de captiv. & postlim. revers. §. fin.

^d l. Provinciales 190. de verb. signif.

^e Lin. Vrb. ff. de stat. hom.

Patria : a Idem erit in Hispania ; ubi Florentissima Monarchia Sedes , & caput Matrium est , & altera veluti Roma . Quicumque igitur in ea Civitate moratur , Hispanus est : quemadmodum Romae commorantes , Cives erant Romani . Sed quid amplius moror ? leges extant Hispianiarum , quæ hoc aperte definiunt . b Diez maneras pusiieron los Sabios antiquos de naturaleza : la Ex ipsa primera e la mayor es , la que ban los Omes a lege Hispani su Señor natural , porque tambien ellos , como nienfi quæ aquelllos , de cuyo linage descinden , nazieron e stiv definitur .

fueron raygados , e son en la Tierra , onde es el Señor , la segunda es la que aviene per vassallaje , la tercera por crianza , la quarta por Cavalleria , la quinta por casamiento , la sexta por heredamiento , la setena por sacarlo de cautivo , o por librarto de muerte , o deskonta , la octava por asorramiento , de que no reciberecio et que lo asorra , la novena por tornarlo Cristiano , la decena por mbranza de diez años , que paga en la Tierra , magne sea natural de otra .

Ecce Regem jubentibus Patriis legibus tot tantisque modis Indigenam , & ut ajunt , naturalem . & non exterum .

S. XV.

De Regam Testamento:

C Omplicaveram jam Epistolam ; Sed cum in eum Juris Austriaci locum inciderim , quo

a i. Roma 23. ad municipio
partis, 4. iij. 24. l. 2.

quo testamenta Philippi Tereti, & Quarti Hispaniarum Regum, ad Cœlum Germani efferunt, & veluti vallo quodam ita se munitos credunt, ut de victoria desperare non possint, calamum iterum arripui. Major semper nobis incessit admiratio, cur tanti fecerint Testamenta duorum Regum, qui medio tempore vixerint, Priora vero, vel postremum floccifaciant.

Scripturus hac de re, diu hæseram, verba ne facerem de Regum Testamentis, an abstinerem. Plura me morabantur: Primum quia nunquam mihi tantum arrogare ausim, ut de Principum potestate aliquid differere animus mihi sit, Alterum quod nescirem, impugnarent, ne, an probarent Hispani hujusmodi Testamenta. Quid ipsi gesserint, ad aures nostras nondum pervenit: dicam tamen ipse, quod sentio. Testamenta Hispanos potius, quam Germanos juvant. Quod ut pleniū intelligas, in tria dividam capita extremam hanc Epistolæ partem. Ad primum quod attinet, illud expendere consilium est, num verum illud sit, quod jactant, Augustissimos Austriacos a Reges Philippo Quartio institutos fuisse: Secundò illud examinaho, quænam Testamenta rata sint, quænam irrita. Tertiò inter tot Regum supraemna judicia à Rege Ferdinando usque ad ultimum Hispaniarum Regem, quænam sint servanda, & quisnam in iis fuerint jure vocatus ad Regnorum successionem.

*Testamen-
tum Phi-
lippi IV.
encutitur,* Ut autem ab illo Regis Philippi Quarti ordiamur: Illud semel, & iterum legi, & manibus sèpè versayi, & nunquam invenire
pe-

potui, quod per ora ferè omnium volitare audieram : *Philippum Regem Austriacis Monarchiam reliquisse*. Instituisse hæredem Carolum Regem filium, palam est, sed ubi ille sine liberis decesserit, instituisse Austriacos, non liquet. Verba testamenti hæc sunt: postquam instituerat hæredem Carolum Regem filium, hæc subdit: *Et in mancanza di detti miei figli maschi, e femine, che chiamo del presente, o altro matrimonio, che io contrahessi, dichiaro, che la successione di tutti li miei Regni, Stati, e Dominii devono toccare alli figli maschi, e femine de scendenti dell'Infanta Imperatrice Maria mia molto cara Sorella già defonta.* Hujusmodi declaratio, hæredis institutio non est, omnes percurrere hæredes instituendi formulas, tūm apud veteres Jurisconsultos, tūm etiam apud Interpretes non piguit, & neminem hac formula usum fuisse, offendit: opinio hæc est Regis, non dispositio. Hoc autem legitimis Successoribus nihil obstat. Quod si majoratus Possessor declaret, successionem ad aliquem spectare, ea nec vocatis officiet, nec vim institutionis habebit^a. Quod magis in hoc Testamento obtinet, quo Testator non eadem usus est formula, nam filium instituit hæredem. Cum de his de scendentibus mentionem fecit, declaravit tantum, non instituit. Præterea nulla hujus declarationis ratio habenda est, quia scilicet ju-
ris

^a Rub. in l. 46. Taur. n. 20. Quesada Divers. qq. Iur. c. fin. nu. 7. Micrez de major. p. 2. q. 4. illat. 8. nu. 14. Valasc. consal. 27. n. 8. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. c. 8. n. 21. alii que penes Castill. lib. 3. c. 10.

rit errorem continet^b : Siquidem dicitur renunciationi , cum eo tempore filia supervixisset , quæ renunciaverat ; mutato statu rerum , quo renunciatio defecit , non ita sanè Rex prudensissimus declarasset : Nosset enim liberis præfonsa Matre , proprio jure venientibus renunciationem non obstituram .

Theresa ex ipso mentum legeris , invenies , descendentes Infantis Mariæ Theresiæ vocatos potius , quam exclusos . Quod ex verbis , & ex mente tanti Regis statim conjicies . Instituit Rex Philippus filium , & postquam ad plurēs substitutionum gradus progressus est , Mariam Theresiam Galliæ Reginam exhortedavit , at non pure , & in omnem casum , sed conditionaliter , & uno tantum casu , scilicet si ex hujusmodi successione , Regnum conjunctio , & commixtio sequeretur . Quod si soluto matrimonio iterum Infans numberet , exclusit forsitan filiam , & liberos ? minimè quidem , immo expresse ad successionem vocavit . Itaque non eos perpetuò repulit , nec favore agnationis , neque odio descendantium . Rursus illud est etiam certissimum , semper descendentes filiæ suisse vocatos ex alio matrimonio suscepitos , quia scilicet in illis nulla ratio exclusionis reddi poterat , quæ una tantum erat Regnum unio . Quoties autem hæc vitata futiliter est , quæ disparitatis ratio , inter hos descendentes , & alios ex aliis nuptiis adduci unquam

b *I. eam quara , C. de fideicom. I. nec apud eos , & I. si pater , C. de bæred. inst. Bart. in I. demonstratio falsa , §. I. cul. 2. vers. 3. modo , & vers. 4. quæro de cond. & de m.*

quam poterit? Nonne verum illud est, quod
quicquid sub ea conditione adimitur, sub con-
traria reliatum censetur?^c

Anne te fugiunt communia illa nostrorum Interpretum pronunciata: *In omni testamento potissimum illud semper spectandum esse, quænam causa Testatorem moverit:* d Adeo ut si illa fuerit falsa, & alias non fuisset instituturus, institutio deficiat, uti quæcumque alia voluntas, quæ ex causa finali pendeat, adeo ut potius causa spectanda sit, quam verba Testatoris. e Item illud, *circum regere dispositionem*, ut illam modò ampliet, modò coarctet. Demum, *quod cessante exclusionis causa, cesseret exclusio:* Quinimò si nova supervenerit, quæ ex conjecturata mente aliam voluntatem eliceret, mutanda voluntas est. f Si interrogatus fuisset Rex Philippus in hoc statu rerum, quid respondisset? Sed respondit jam satis, cum illos descendentes excluserit, qui utrumque Regnum commiserent. Descendentes, qui hanc qualitatem non habent, exclusi non sunt, huic Regnorum utilitati prospexit Rex Philippus. Cæterum ubi tanto Regnorum malo consultum est, vocavit S expref-

S express

c l. aliquando 106. ff. de cond. & dem. l. legatum parere
ro. ff. de adim. leg. l. si legatum, & l. quod parere
ff. quando dies leg. ced.

d 1. cum Pater, §. dulcissimis de leg. 2.

e Bart. in l. *Demonstratio falsa*, §. 1. 3. col. ff. de cond.
& demonstr. & in l. *eam quam C. de fideicorum.*

f Card. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 2. n. 19.
Mierez de major. 4. p. q. 1. lib. 1. n. 13.

expressè liberos suos . & Potuissim hæc latius ,
& subtilius expendere , sed epistolæ leges non
patiuntur .

Sed si concesserimus Testamentum Regis
Philippi Quarti stare pro Austriacis , quid ad
rem nostram ? Nisi duo probent Germani , &
hæredes suis institutos liberos Cæsaris , & in-
stitui potuisse , frustra petunt successionem . Te-
stamenta enim Regum , nec valida semper erunt ,
nec semper irrita . Irrita semper erunt , si alium
vocaverint præter legitimum succedendi ordi-
nem . ^h Omnibus obviam est , quod in consue-
tudinibus feudorum scriptum est : *Nulle ma-
nente ordinatione defuncti* . Verum si defun-
ctus , vel Rex , vel feudatarius Testamentum or-
dinaverint , quod cum legibus Regni conveniat ,
firmum id erit , & validum ; Populus enim , in
quo Jus , & potestas sita est , conqueri nun-
quam poterit , vocatum suisse proximorem , il-
le enim idem vocatur , quem initio Regni , Po-
pulus ipse vocaverat . Ceterum nemo pro arbitrio
testari poterit , nisi de re sua , nec alia legibus
duodecim tabularum potestas tributa est , nisi
usi quisque rei sue legaffit , ita Jus esto . Re-
gna

- ^g l. tale patrum , §. fin. ibique celebris glos. ff. de patr. l.
Titias , §. Lucius , ff. de lib. & postum. l. barbarus ,
vers. sed scivisset , ubi Bald. not. i. ff. de offc. Præt.
^h Innoc. in c.grandi de suppl. neglig. Prælat. in 6. c.intel-
lecto , ubi Abb. de jurejur. n. 5. Jo:Andr. Jo: Monac. Ar-
cbid. Corset. Butr. & cæteri Interpretes in d. c.grandi
Corset. de potest. Reg. p. 2. q. 8. n. 6. Costa de success. Reg.
pag. 150. Molin. lib. 3. c. 6. nu. 13. Bald. in sua Margarit.
Rub. in tract. contr. Rebell. conclus. 11. 12.
ⁱ c. 1. in princ. de success. feud.

gna autem Regis non sunt, cum eorum successiones non Jure hæreditario, sed Jure Regni, non Jure communi, sed Jure singulari, non à defuncto, sed à lege deferantur.^k

Hinc rectè scripsit gravissimus Auctor, i <sup>Regna grossa
prius testata
nō mentio non
datur.</sup>
& rerum publicarum peritissimus: *legis esse, non mentio non
Regis de Regni successione decernere.* Rerum omnium, quæ Romanorum Jure in pleno Ci-
vium dominio, & commercio sunt, libera erit
facultas disponendi, regnorum autem, quorum
procurationem, & administrationem Regibus
Gentes permisere, ut eandem, eorum posteris
integram bono Reipublicæ servarent, nulla
potestas. Tali, tantumque discrimen inter Re-
gna, & cœtera dominia novit *Cranzius*, ^m cum
in hec prorupit verba: *Equidem r̄edes, agros, Nata ad
vincas, Et his similia Testamento dari audi- id Gran-
vimus, regnum autem prestare, chartæ bene- zii nubet
ficio prodigii loco habitum est.* Uno tantum ca-
su Regibus licebit, proximiorem omittere, si
publica causa id expositulaverit, quià scilicet
consuetudo illa, consensu Populi inducta, ut
proprior p̄ferretur, non debet contra Re-

S a gni,

^k Bald. in c. an. de feud. March. & in c. i. §. hoc quoq; de
succes. feud. ubi docet, quod successor evellit Regnum e
manu Populi vi consuetudinis, aut potius Jure gentium,
& defuncto Regi non succedit, Peralt. in l. 3. §. qui fidei-
commissa n. 52. ff. de bæred. inst. Gonzal. in c. licet de votis
n. 2. quod Regnum non ut bæreditas ex testamento Regis,
nequè ab intestato successori defertur, sed ex Regnorum
lege. Salgad. de leg. Reg. Portug. disc. 44. n. 1. & seqq. Mie-
rez. de major. p. 4. q. 1. n. 188.

^l T'buau.. n hist. an. 1593. lib. 103.

^m Cranzius in Dania.

gni, & Populi utilitatem interpretari.^a

Tetramen- Sed hæc omnia exemplis confirmabo, &
ta Regum ob- oculos tibi pōnām: Quatuor modis testatos
ad qua- fuisse Reges, invenimus, quorum primus erat
tur genera in usū quotidiano positus, ut Reges Populum
restitutur. Romanum instituerent.^b

Regem pergamcnoram instituisse Populum
Romanum, testis est *Florus*.^c Idem fecisse At-
talum Regem Asiae, & Nicomedem Bithyniae,
testis est *Eutropius*.^d

Sed nihil hæc ad rem nostram, quoniam cum
Romanum floreret Imperium, nullus erat Rex,
qui vel vctigalis, vel stipendiarius, vel Cliens
Romano Imperatori non fuerit, adeò ut idem
fuerit, Imperatorem Romanum instituere, quam
Dominum. Numnè te fortè latent, quæ ali-
quando scripserint Romani Imperatores, se Mun-
di Dominos esse?^e Sed hæc prætereamus.

Alia sunt Testamenta, quibus vel Imperium,
vel Regnum immediatis Successoribus relictum
est. Primum quod nobis occurrit exemplum
est Constantini, qui imperium inter filios divisit.^f
Οὐ δέ βασιλεὺς ἡδη ἀροτερον εἰς τὰς παιδεῖς Καίσαρες
ὄντες τὴν αρχὴν διελῶν, ω̄ Κωνσαντίνω, μὲν καὶ Κώνσαντ
τὰ ἀρός, δύσιν ἀπονείμας Κωνσαντίω δὲ τὰ ἀρόσεων.

Item testamenta Caroli Magni, & Ludo-
yici Pii, illud etiam Ludovici Regis Hunga-
riæ:

^a *Autuñez de Portugal. fol. 146. n. 46.* b *Populum Ro-
manum dare ultra Regibus Regna, confirmare, & adi-
mere, plura Ciceronis, Livii, & Taciti loca demonstrantur.*
^c *Flor. lib. 11.* d *Eutrop. lib. 11. e l. i. ff. ad l. Rod.*
^f *Sozmen. lib. 11. Histor. ap. uis. Bonfin. decad. 3. lib. 1.*

rie, & demum Henrici Octavi.

Nota etiam tibi sunt, quæ Reges Hispaniarum condiderunt; Ferdinandus hujus, nominis Primus, Alfonius Sextus, & Octavus, & deinde illud Henrici ultimi Lusitanæ Regis, quo Philippum Secundum immediatum Regni Successorem nominavit.

Alia tamen extant Testamentorum exempla, quibus Reges, omissis proximioribus, instituerunt remotiores, quorum quedam rata fuisse, quedam rescissa. Pyrrhi testamentum resciderunt Epirorū^b. Ladislai Pritai Pannoniæ Regis, Hungari^c. Odoardi Tertii, Brittanni. Ratio, cur prima valuerint, hæc autem non item, ea est, quia scilicet illa legibus erant consentanea, quæ autem remotiores vocant, ut potè intestatæ successioni contraria, nulla sunt.

II

^a Arnis. de Jur. Majest. tom. 2, lib. 1, cap. 7. fol. 103. sicut Ludovicus Rex Hungariæ Sigismundum Brandenburgensem cum filia Maria heredem instituerat, & Henricus Octavus Anglie Rex, Edwardum filium primò, deinde Mariam, denique Elizabetham suos heredes fecerat. Verum non aliter ea omnia valent, quam si cum lege Regni conveniant, ut tradunt in simili Curt. tract. feud. p. 4. n. 129. Jac. de S. Georg. Afflict. decisi. 119 n. 3. 5. argum. c. 1. in princ. de alien. feud. Gulielm. de Bened. in c. Raynart. verb. in epod. testim. col. 1. n. 148. nam quamquam Pyrrhus filium natum magorem ut potè magis patriziantem majori in testamento præculisset, Epirorū tamen jus gentium sequuti, suique Regni proprium testamentum resciderunt, & majorem in solo locarunt.

^b Pausan. lib. 1..

^c Mich. Ricc. compend. hist. Hungar. lib. 2.

Illud tamen extra controversiam est, posse Regem remotiores instituere, si illum moveat, vel necessitas Regni, vel saltem utilitas Reipublice, quod demonstrant, ex antiquis testamentis Alexandri, Lysandri, Antonini.

Hac omnia, Amicorum omnium dulcissime, tuis oculis Subjeci fidelibus, ut uno aspectu omnia definires. Piget semper illud inculcare, Reges non esse hæredes, nec Jure hæreditario, & institutionis Regna suscipere. Meminisse te oportet, quæ ad hanc rem responderint duo potentissimi Reges Galliarum: Rex

Decumanum Franci, Franciscus Secundus in hac verba respondit Helcisi, etponsum ad rā Anteceisseres contraxerant. *Cum sceptra hæreditatis propositam p̄positum.* *Jure non habeamus, sed Regia legē, que jam inde usque à primis Francorum Regibus lata, ad mares proximos Imperium detulit, que non aliter nos obligari patitur, quam ad fædera, pactū, que cum exteris Principibus, ac Populis ad hujus Imperii utilitates, & commoda à majoribus nostris contracta fuere. Idem respondit Ludovicus XII. se, scilicet, Caroli Octavi Hæredem non esse.^b*

Sed si quid momenti habent in Regnorum successionibus testamenta, benè atq[ue]cum tenet dū Hispaniarum Rege, malè autem cū Germanis. *Pbilipus Cæsarea enim Majestas testamenta prosuicit, quæ putior.* à Regni legibus discrepant, Catholicus tamen Hispaniarum Rex testamenta edere quidem

a Bodin. de Repub. lib. I. c. 8. in fin.

b Idem Bodin. loc. cit.

dem possit plura ; scilicet testamenta Regis primò acquirentis Ferdinandi , qui , uti testis est *Annalium Aragoniæ Scriptor*^a , hæredem instituit Joaqnam , & ejus Nepotes descendentes sive per masculum , sive per fœminam , quæ verba majoratus singularis institutionem significant.

Illud item Caroli Quinti Hispaniarum Regis , & Imperatoris , qui clarius perpetuum majoratum condidit .^b Postquam enim invictissimus Imperator Regem Philippum Secundum in testamento hæredem instituit , & post ejus mortem Carolum ex Philippo Nepotem , ad cæteros progressus est gradus , nam primum , filium masculum ex Carolo substituit , & si deficerent filiam primogenitam , eodemque ordine cæteros ex Philippo descendentes , tam masculos , quam fœminas vocavit , deinde filias substituit ordine primogenituræ , earumque liberos , qui omnes si deficerent , Ferdinandum Romanorum Regem , ejusque descendentes ad successionem vocavit .

Demum Regis Philippi Secundi , qui Augusti Patris exemplum sequutus , in testamento , quod condidit , Philippum filium hæredem instituit , eique sine liberis decedenti Isabellam filiam Primogenitam , & Isabellæ Catherinam Secundogenitam substituit , quæ si sine liberis decederent , ad successionem vocavit Mariam sororem suam , ejusque liberos , cætersque deinceps , ad quos de jure successio pertineret ..

Tc-

^a *Zurita lib. 1. Annal. fol. 403.*

^b *Sandaval. in vita Caroli Quinti, fol. 774.*

Testamenta sanè legibus Regni minimè repugnantia , cùm enim super his Regnis perpetuum majoratum regularem instituerint , jure optimo , & secundum leges , de Regnis dispendere.

Sed quid antiquiora testamenta commemo-ro ? Postremum ultimi Regis stat pro Rege His-paniarum , & Juribus Regni ; & publicæ utili-tati consentaneum .

De causa testamentorum a misericordia Germanis datum.

Hæc cùm ita se habeant dic , amabo , Vir præclarissimè , liberam ne habent Reges disponendi facultatem , nec ne ? Utrum velis , elige . Si facultatem testandi habent , priora testa-menta Imperatoris Caroli Quinti , & Regis Phi-lippi Secundi rata sunt : Nullum tamen erit te-mennum Regis Philippi Quarti . Si autem habent , inutilis erit omnis hæc disputatio . Quo se vertant Germani ; nesciunt .

Testamen-tum Caroli II. effusoribus laudibus exornatum.

Quid igitur Germani aliud superest , nisi contra testamentum contumelias , nescio quas , congerere , & effutire , quod quantūm injuria faciant , quicumque testamentum Regis inspexe-rint , judicabunt . Nihil enim prudentius , nihil iustius , nihil ad Republicæ tempora accommo-datius ; ut supremum tanti Regis judicium præclarum quoddam omnibus , & Regibus , & Gentibus sit & iustitiae , & prudentiae , & po-liticæ disciplinæ specimen , æternumque mon-u-mentum . Et verè Sapientissimus Rex in illa sua sūprema contestatione vidit , quanta per eum commoda Populis sibi subjectis obiceret , quanta contraria declinaret . Vedit etiam maxi-mam Monarchiam , atqne hanc ipsam locis di-

distra&tam , nisi à maximo Rege , qui quasi in ejus meditullio regnat , sartam , tectam servari posse , ab alio præterea nemine . Vedit certè fore , ut quæ duæ Nationes octingentorum ferè annorum spatio pro belli gloria decertassent , communi deinceps nexus æternum coalescerent .

Novit enim in Populis universis sèpè numero ex longa Imperii contentione æterna fœderata . At verò si pro Austris suum novissimum ferret judicium , vedit contra Augustissimum Imperatorem , quām longissimè dissitum , qui quæ Regna , nec jure haberet , ea nec per vim commodè posset tutari . Itaque vedit miseram Regnorum suorum constitutionem , postquam dececessisset , Regna scilicet sine Principe , sine capite , sine legibus , & nisi præsens Successor , qui omnibus occurreret , in promptu esset , omnia in pejus ruitura . Vedit & proprias Regnorum vices veluti sine Rectore , Navim huc , illuc perpetua agitatione jactari , & omni ex parte , qua Gallia in præcipuas ditiones Hispanicas pertinet , fœdissimum , & omnium teterimum bellum perpetuò Terra , Marique exarsum , & jam direptam Hispaniam , oppressum Belgium , dissipatam Italiam animo præconcepit . Credo equidem , eum tantam rerum molem agitantem tentarat quidem generis charitas , ut Monarchiam Austriacis legatam vellet ; sed vehemens justitiæ vis , & incessans in pectore stimulus , Populorum felicitas , Regni amor , & pietas , politiæ omnium maxima ratio id non sinit , non tulit , non passa est . Hæc maxima , quæ Carolus cavit mala , cuncti Populi obnunciata ejus morte putabant , supra caput instare . Quæ verò bona providit ,

T

cre-

credebat supra spem?

Nemo namque animum inducere poterat, quod Ludovicus Decimusquartus Rex ille omnium maximus, & in longitudinem prudentissimus mallet Hispanorum Monarchiam, vel in sui familiam venire integrum, quam totam disiici molem, cuius objectus suum Imperium obumbraret. Sed omnium vicit opinionem rara Regis virtus, nec ad aliorum exemplar facta, qui cum deliberata re, tandem extiterit Auctor, ut Serenissimus Philippus Andegavensis Dux Regiam Caroli hæreditatem ex aſſe adiret, in hæc augusta verba tacitus abire visus est: *Quin constet aeternum Hispanica res, & pro gloriæ immortalitate, si non deinceps hostis, at emula saltem cum Gallicana contendat, fruantur ea Hispani, etiam si usus venerit, contra me, sed per me tamen, integra.* Quapropter insolentissimum laudis genus, & ad hæc usquè tempora inauditum promeruit, ut cum maximam suis Monarchiam acquisiverit, tūm maximæ moderationis dederit documenta.

Quæ autem Germanis liberiūs excidere in Jure Austraco, cùm contra hoc testamentum debaccharentur, licet responsione minimè digna visa sint, tamen nè silentio quodammodo comprobata videantur, nec seriò respondere existimavi, nec omnino præterire. Mentis inopem Regem Carolum Secundum, injustum, & ingratum animi accusant! Fuerit nè mentis compos, non alio opus est argumento comprobare, quām testamento ipso, cuius singularem providentiam, & Justitiam omnis Posteritas laudabit,

bit, admirabitur, obstapeset.

Nihil hoc Testamento prudentius, sortè novum hoc fuit de rebus Hispanicis testandi genus, & minimè consuetum? Testatus sanè ità de Regno est Rex prudentissimus, quemadmodùm de re sua sapientissimus quisque Paterfamilias testatus esset, non temere, & pro arbitrio, sed maturum prudentis animi consilium, & sententiam sequutus, & quam sapientissimi legum Hispaniarum Condidores legem in similibus ferè controversiis præscripsérint. Exploratum ei erat Caput omnium majoratum Regnum esse. Item illud in Hispaniis jamdiú invaluisse, ut eodem ferè modo in Regno succederetur, quo succeditur in majoratu, certa autem regula succedendi in majoratu illa est, lege quadam specialitè definita, & DD. confirmata consensu, quod si alicui successori duo majoratus deterantur, quorum alter cum altero fuerit incompatibilis, quemadmodùm alterius majoratus successio ad eundem prioris majoratus possessorem, ejusque Primogeniti liberos non devolvitur, ità statim ipso Jure devolvitur ad fratrem secundogenitum. ^a

Quæ si Germanis probata non fuerint, non supremum tanti Regis judicium injuria reprehendant, sed leges potius accusent, quæ tanto Regi hanc non solum testandi facultatem tribuerint, verum etiam impositionem necessitatem.

Numquid præterea garrire tecum amplius pergam? finem scribendi faciam. Illud autem vehementer oro, ut qua soles humanitate, hæc

T . 2 omnia

^a *Castill. Rojas, Turre, Molin. Larrea decis. 51.*

omnia excipias , severitatem enim judicii tui ,
 & grave supercilium extimesco , veniam te mihi daturum spero , si illaborato stylo , & negligenti potius quam eleganti sermone tibi rescripserim . Nec enim tantum ocii nactus sum , quo potuerim haec antequam ad te mitterem , expolire , obsigno Epistolam festinationis plenam , & pulveris , & illo excusatum carmine me velis , rogo .

Res vetat ornari , tantum contenta doceri .

Cæterum si ea te oblectabunt , maximum qualisunque hujus mei laboris fructum videbor fuisse consequutus ; Sin autem minus , quod perfectius præstare me potuisse credideris , te tua ipsius humanitas fecellit . Testis semper eris locupletissimus , hoc quodcumque est , quod ipse scripserim , brevi temporis spatio , imo paucorum dierum curriculo , & inchoatum , & ad exitum perductum fuisse . Assiduus enim semper mihi fuisti , & acer flagitator . Si causæ , quam suscepi , mali quippiam dixerint , irascere obtrectatoribus nostris , nam quicumque contra senserint , Jurisprudentiae limina non salutarunt . Interea ama me , ut soles , & Vale .



**Libellus Investituræ Regni Neapolis
Summo Pontifici à Germanis
exhibit⁹.**

BEATISSIME PATER. Regni Neapolis Investituram competere Augustissimo Leopoldo Imperatori privatè quoad Serenissimum Ducem Andegavensam, patens fit ex mox recentanda facti serie non controversa, nec controvertenda.

Quippè ex præinserta Arbore Austriaci Stipitis Sum. n. 1. & ex littera Instrumenti Investituræ Summi Pontificis Julii II. favore Ferdinandi Catholic⁹ Sum. n. 2. emergit vocatio Augustissimi Leopoldi, dum in ea paciscitur. D. Ferdinando pro se suisque heredibus, & Successoribus tam masculis, quam feminis ex eo recta linea descendentibus natis, & nascituris dicto n. 2. litt. A. & Leopoldum recta linea descendere à dicto Ferdinand⁹ Investito, non cadit in controversia, ut in Arbore.

Non obstante oppositione forsitan facienda majoris proximitatis Serenissimi Andegavensis, habito respectu ad Invictissimum Carolo Secundum Regem Hispaniarum ultimū Possessorem dicti Feudi, quia, omisso pro nunc examine, An successio regulanda sit juxta majorem proximitatem masculorum, cum prælatione ad feminas, earumque descendenteriam, ac respectivè attendenda sit potius proximitas Investito, & non altera ultimo possessori, aliisque posthabitis pro nunc rationibus nobis competentibus, & cùm opus fuerit opportunè deducu-

ducendis, in facto constat, Serenissimam Andegavensem descendere ab Anna, & Maria Therese Stipitis Austriaci, ex quarum personis, licet desumi possit major proximitas defuncto, & ultimo Possessori ex linea feminæ.

Atnam prædictæ Serenissima Infantes in earum pacis nuptialibus amplissimam emiserunt renunciam omnium Regnorum, Statuum, & Feudorum favore propria Agnationis, & Austriae Stipitis, tam quoad se, quam respectu ad earum Prolem nascituram, ut videre est in pacis nuptialibus Anna, nuptæ Ludovico XIII. stabilitatis à Plenipotentiariis Regum Gallia, & Hispania, Sum. n. 5.

Et in aliis pacis Theresiae nuptæ Ludovico XIV. concordatis pariter à Plenipotentiariis Sum. n. 4. & pro Ludovico Rege intercessit Cardinalis Mazarinus, paciens, pacta renunciæ approbari debere, tam à dicta Theresia, quam ab ipso Rege Christianissimo, d.n.4.litt: A.

Prout approbata fuerunt à Theresia duplii contradistinctio actu, in primo ratificando articulos tertium, & quartum circè exclusionem ob dotem habitam Sum. n. 5. & secundo ratificando articulos quintum, & sextum super exclusione ad omnia Regna Hispanie ex causa publita, & in sequenti Articuli 33. Pacis Pirencorum, Sum. n. 6.

In quidem articulo paciscitur matrimonium Theresiae cum Rege Christianissimo, quodquæ pacta matrimonii à Plenipotentiariis concordanda futura sint unum & idem cum pactis Pacis Pirencorum. Sum. n. 7.

Nec pariter desideratur ratificatio Regis Christian-

stianissimi, approbantis in omnibus, & per omnia
pacta nuptialia, . Sum. n.8.

Et juremeritò, dum ultra propriam efficaciam dictorum pactorum nuptialium, ut stipulatur verbo Regio fuerunt illa, & matrimonia in illis contenta, promota, approbata à Sancta Sede Apostolica Paulo V. & Alexandro VII. ut videre est d. n. 3. & 4. lit. G. & H. dictaque geminata exclusio præcessit ex causa publica, & ut Pax Europæ restituatur, & ad servandam equalitatem inter has duas Monarchias excludentes per vitam legis Fæminas nupias Exteris, eorumque Descendentiam, ut in dictis pactis, & renunciis pleniùs continetur; nihil ergo mirum, si ab omnibus, omniumque Regum, & Procerum consensu laudata, & emologata fuerunt.

Hinc Serenissimus Andegavensis remanet positivè exclusus à petitione Investituræ Feudi à Parentibus refutati, Textus in cap. I. de eo, qui finem fecit Agnato de Feudo Paterno, ibi: nisi Feudum omnino refutaverit, & ibi Glos. verbo non obstante, ibi: in rem enim pacta, peræque omnibus prostant.

Et superaddito, quod anno 1618. Status, & Ordines Generales Regni Hispaniarum supplicarunt Regi Philippo Tertio, ut lege perpetua omnes in Universum utriusque sexus liberos ex matrimonio Annae cum Rege Christianissimo excluderet, prout lege perpetua exclusi fuerunt, juxta legem 12. relatam in novo Hispnicarum legum Codice Matriti impresso anno 1640. Sum. n.9.

Ex quo pariter (lege jubente) Serenissimus Andegavensis exclusus remanet, ita Baldus loquen-

quendo de lege Salica Galliarum similiter exclusiva Fœminæ nuptæ Principi extero , ut in l. prima , ff. de Senatoribus , ibi : *Filia Regis Francorum non succedit in Regno ex consuetudine, Francorum (nemp̄e lege Salica), filius ejus, scilicet Rex Angliae in Regno Francorum nullam Jus prætendere potest.*

Quod si contrā prædicta , quamvis luce clariora , aliquid opponetur , validissimis quidem satisfict responsionibus , juxta judicium , Et oraculum Sanctitatis vestrae .

Quare, Ec.



Clau:

Clausulas de renunciaci^{on} de la Infanta
Doña Maria Teresa.

CLAUSULA IV.

Que mediante el pagamento efectivo hecho á Su Magestad Christianissima, ó a quien por su mandato le huviere de recibir de dichos quinientos mil escudos de oro del Sol, ó su justo valor, en los plazos arriba dichos, la Serenissima Infanta Doña Maria Teresa, se aya de contentar, y contente con la dicha dote, fin que le quede recurso, accion, ni derecho alguno, para pedir, ó pretender que le pertenezcan, ó pueden pertenecer otros mas bienes derechos, ni acciones de las herencias de las Magestades Catholicas sus Padres, ó por contemplacion de sus personas, ó en otra qualquier manera, ó por otro qualquier titulo, sabido, ó ignorado, porque de todos ellos, de qualquier condicion, naturaleza, ó calidad, que sean, ha de quedar exclusa, y antes de la efectuacion de su desposorio, para renunciarion en forma dello, con todas las fuerzas, firmezas, y solemnidades, que se requieren, ó son necessarias, la qual hará antes de casarse, por palabras de presente, y despues la aprobará, y ratificará juntamente con el Rey Christianissimo, luego, que aya celebrado su casamiento, con las mismas fuerzas, y solemnidades, con que se huviere hecho la primera renunciacion, y las que mas pareciere convenientes, y necessarias; ó que desde aora para entonces Su Magestad Christianissima, y Su Alteza han de quedar, y quedar obli-

obligados, y que en caso, que no bagan la dicha renunciacion, y ratificacion, desde aora para entonces, solo en virtud de esta capitulacion, se tengan por hechas, y otorgadas, la qual ha de ser en la forma mas eficaz, y conveniente, que puede ser para su valor, y firmeza, con todas las clausulas, derogaciones, y abrogaciones, de todas qualesquier leyes, usos, y costumbres, decretos, y constituciones contrarias, ó que lo impiden en todo, ó en parte, los cuales para este efecto Sus Magestades Catolica, y Christianissima han de derogar, y por la aprobacion, que hizieron á esta capitulacion, desde luego para entonces se entienda quedar derogada.

CLAUSULA V.

Que por quanto por las Magestades Catolica, y Christianissima se ha venido, y viene en este casamiento, para con el vinculo del perpetuar, y asegurar mas la paz publica de la Christiandad, y entre sus Magestades el amor, y hermandad, que se desea, y en consideracion de las justas causas que muestran, y persuaden las conveniencias del dicho casamiento, mediante el qual, y con el favor, y gracia de Dios, se pueden esperar felices sucesos, en gran bien, y aumento de la Fè, y Religion Christiana, y beneficio comun de los Reynos subditos, y vassallos de ambas Coronas, y por lo que importa al estado publico, y conservacion dellas, que siendo tan grandes, no se junten, y queden prevenidas las ocasiones, que podria aver en juntarse, y en razon de la igualdad, y conveniencia, que

f

Se pretende, y otras justas razones, se assienta
por pacto convencional, que sus Magestades quie-
ren tenga fuerça, y vigor de ley establecida, en
favor de sus Reynos, y de la causa publica del-
los, que la Serenissima Infanta Doña Maria Tere-
sa, y los hijos que tuviere varones, y hembras, y
los descendientes de ellos, y de ellas, assi primoge-
nitos, como segundos, tercero, y quartogenitos, y
de allí adelante, en qualquier grado, que se ha-
bllen para siempre jamas, no puedan suceder, ni su-
cedan en los Reynos, Estados, y Señorios de su Ma-
gestad Catolica, comprendidos de baxo de los ti-
tulos, ya referidos en esta capitulacion, ni en nin-
guno de todos los demas Reynos, Estados, y Seño-
rios, Provincias, Islas adyacentes, feudos, guar-
dianias, fronteras, que su Magestad Catolica
tiene al presente, possee, y le pertenece, ó pueda
pertenercer assi dentro de Espana, como fuera de
ella, y adelante, su Magestad Catolica, y sus
sucessores, tuvieren, posseyeren, y les pertenecie-
re, ni en todos los comprebendidos, inclusos, y
agregados à ellos, ni en todo lo que en qualquier
tiempo se adquiere, y acrecentare à los dichos Rey-
nos, Estados, y Señorios, y se recobrare, y de-
bolvriere, por qualquier titulo, ó causa que sea,
ó ser pueda, aunque en vida de la Serenissima
Infanta Doña Maria Teresa, ó despues en las
de qualquier sus descendientes primogenitos,
segundogenitos, ó ulteriores, llegue, y suceda el
caso, y casos, en que por derecho, leyes, ó co-
stumbres, de los dichos Reynos, Estados, y Se-
ñorios, de las disposiciones, y titulos, por do se
sucede, y pretendiere suceder en ellos, les avia-

de pertenecer la succession , porque della, y del de-
recho, y la esperanza de poder suceder en estos Reynos , Estados , y Señorios , y de cada uno dellos ; desde luego se declara , queda exclusa la dicha Serenissima Infanta Doña Maria Teresa , y todos sus hijos , y descendientes , varones , y hembras , aunque digan , ó puedan dezir , y pretender , que en sus personas non corren , ni se puedan considerar las razones de la causa publica , ni otras en que se pudo fundar esta exclusion , y que quisieren alegar que ha faltado , lo que Dios no quicra , ni permita , la succession de su Magestad Catholica , y de los Serenissimos Principes , y Infantes , y de los demás hijos que tiene , y tuviere , de todos los legítimos successores ; porque todavia , como dicho es , en ningun caso , ni tiempo , ni successo , ni acaecimiento han de suceder , ni pretender suceder , ella , ni sus hijos , ni descendientes . Sin embargo de las dichas leyes , costumbres , y ordenanzas , y disposiciones , en cuya virtud se ha sucedido , y sucede en todos los dichos Reynos , Estados , y Señorios , y de qualquier leyes , costumbres de la Corona de Francia , que en perjuicio de los successores en ella impiden esta exclusion , assi de presente , como en los tiempos , casos de diferirse la successión : todas las quales , cada una della sus Magestades han de derogar , y abrogar , en todo lo que fueren contrarias , ó impidan lo contenido en este capitulo , y su cumplimiento , y execucion , y se entienda , que por la aprobacion desta capitulacion , las derogan , y han por derogadas : y que assimismo sea , y se entienda quedar exclusa , y excluyos la Señora Infanta , y sus descendientes , para no poder suceder , en

en ningún tiempo, ni caso, en los Estados, y Pajes Baxos, de Flandes, y Condado de Borgoña, y Carolois, con todo lo adjacente, y perteneciente à ellos: Pero juntamente, se declara expressamente, que si lo que Dios no quiera, ni permita, acaeciere enviudar la Serenissima Infanta sin hijos de este matrimonio, que en tal caso, quede libre de la exclusion, que queda dicha, y capaz de los derechos de poder suceder, en todo lo que le pueda pertenecer, en dos casos. El uno si quedando viuda de este matrimonio, y sin hijos se viniese à España, el otro si por conveniencias del bien publico, y justas consideraciones, se casasse con voluntad del Rey Catolico, su Padre, y del Principe de las Españas su hermano, en los quales ha de quedar capaz, y babil para poder heredar, y suceder.

C L A U S U L A VI:

Que la Serenissima Infanta Doña Maria Teresa, antes de celebrar, y contraer el matrimonio por palabras de presente, aya de otorgar escritura, obligandose por si, y sus sucesores, al cumplimiento, y observancia de lo susodicho, y de la exclusion suya, y de sus descendientes, aprobandolo todo segun, y como se contiene en esta capitulacion, con las clausulas necessarias, y juramento, y à que insertando esta capitulacion, y la escritura de obligacion, y aprobacion, que su Alteza hubiere otorgado, hara otra tal, juntamente con el Rey Christianissimo, luego, que con su Magestad se aya casado, la qual se aya de registrar, y passar por

el Parlamento de Paris, en la forma, y con las fuerzas acostumbradas, y su Magestad Catolica aya de aprobar la dicha renunciacion, y ratificacion, en la forma, y con las fuerzas acostumbradas, y demas clausulas necessarias, passando, y registrandola tambien por el Consejo de Estado, y hechas las dichas renunciaciones, ratificaciones, y aprobaciones, o dexadas de hacer desde aora en virtud desta capitulacion, y del matrimonio, que se siguire en razon della, se dan por hechas, y otorgadas, y por passadas, y registradas por el Parlamento de Paris, por la publicacion de las pazes en aquel Reyno.



D. SERAPHINI
BISCARDI,
PATRICII CONSENTINI,

Libellorum, postulationumque Præferti,
vulgè Reg. Cancellariam Regentis.

O R A T I O

Habita in Regiis Ædibus

I N D I E N A T A L I

PHILIPPI V.

Potentissimi, Invictissimique
Hispaniarum Monarchæ.



N E A P O L I , 1705.
Ex Typographia Felicis Mosca :

ÆQUANIMO LECTORI³

T Y P O G R A P H U S.



Xcellentissimus Vir Princeps, Emmanuel Paciæcus, Viglienæ Regulus, ac Regnum Neapolitanum Prorege obtinens, quo sapienti iudicio quaque rerum merita censet, is natali PHILIPPI V. die æternam Hispaniensi Imperio salutem pariam existimans, eam ipsam Anno MCCIV. recurrentem celebraturus, haud sanè eo ludorum genere, qui actu delectant, & cursu ipso probantur, sed æternis musarum operibus recolendam ratus, præ ceteris Seraphino Eiscardo, Senatori Regio genethliaca oratione collaudandam, exornandamque mandavit. Et quanquam hic Vir Cl. multa sedulò, & varia causata sit, ut ejus vacationem muneric impetraret, tamen Princeps decorum omnino reputans, ab amplissimi ordinis viro, eoque ipso olim in foro primarum partium Oratore natalem Regis laudari, ab eo laudativam hanc orationem citra omnem exceptionem componi, & recitari pro imperio jussit. Igitur inter quamplurimas, & gravissimas Reip. curas, quibus ipsius vi muneric distinetur, hanc orationem est commentatus, eamque in Regiis ædibus apud eundem virum Principem, & quidquid illustrius tum ci-vium, tum exterorum eò frequenter convene-rat, habuit: & tam consen-sienti omnium plau-su peroravit, ut mirum ejus legenda desiderium

A 2 re.

4

reliquerit. Idcirco ipse, qui semper studi desideriis obsequi eruditorum, nactus ejus exemplar, typis edere statui. Atque habes, erudite Lector, si civis, quod tute desiderasti, sin peregrinus, quod te admonitum velim; ut noviris, a quo viro, cuius iussu, Et qua celebritate hac oratio habita sit; si in tuas forte manus, non illa, que cum aliis de eodem arguento doctissimorum virorum lucubrationibus composita mox typis edetur, sed haec ab iis secreta, ac dissociata pervenerit.



D. SE

D. SERAPHINI
BISCARDI
PATRICII CONSENTINI,

Olim Advocati Fiscalis Regii Patrimonii, Praefidis Honararii Regiae Cameræ, Regentis ele-
gi ad Supremum Italæ Confilium, nunc verù
Confiliarii Status Suæ Majestatis, & Regiam
Cancellarium Regentis in Supremo Collaterali
Consilio in Regno Neapolis, &c.

O R A T I O.



A fuit, Excellentissime Princeps, rerum humanarum inconstans semper conditio, ut tam privatæ, quam publicæ res stare diu minimè possent; & Imperia, quæ modo pace, & bello floruerunt, occulta fatorum necessitate consenserent, & confectis veluti vitæ spatiis, non modo interirent, verùm etiam, stirpibus veterum Regum aliquando excisis, & Regia nomina, & Regna, perpetua sortis vicissitudine, in alienam gentem abirent, & deferrentur. Verùm quot, quantaque calamitatum spectacula ediderint Imperiorum mutationes, nemo profectò

fectò erit tam barbarus ; & parùm rerum intelligens , quem tot , tantæque excitatae tragediæ latere possint , præclarissimi , & ornatissimi **Auditores** . Hinc ingentes bellorum clades , hinc urbium eversiones , direptiones agrorum , strages , incendia vastitates , & ultima fœvientis Martis exitia . Quippè ea semper fuit ingens , & sacra regnandi cupiditas , nimiusque imperandi amor , ut si quando , variante sàpè fortuna , Regna suis Regibus privarentur , & in aliam potestatem devenirent ; quis est , obsecro , qui , vel jure gentis hæreditario , vel vi , & armis viam sibi ad eorum Regnorum possessiōnem non muniat ? atque id adeo frequenter , non solum neglecta , verùm etiam violata juris ratione , rerum Potentes faciunt , ut vim juri facere æquum esse putarint , juxtâ illud **Cæsaris** ex Euripide in Phenissis :

*Eἰπερ δὲ ἀδικεῖν κρὶ τυγχανίδος πτερὶ καλλισον ἀδικεῖν.
Si violandum est jus , regnandi causa violandum est.*

Quæ cum ita sint , & urgentibus fatis , nobilissimo Hispaniarum Imperio , & omnium pulcherrimo Regis sui funus , heu nimis propere ! immineret , horret animus , quæ nova bellorum materies , quæ rerum publicarum turbamenta , quæ Religionis pericula superessent . O nos miserrimos qualis , quantusque nostro capiti imminebat calamitatum turbo , & ingruens maiorum omnium tempestas ! Extimescenda quidem nobis hæc omnia fuissent , & si quæ his graviora sunt , quemadmodum omnis omnia Respublica capite orbata suo ferè semper

per suo malo experta est ; nisi , mutato re-
rum ordine , summa Dei Opt. Max. providen-
tia factum esse , ut omnia nobis jucundissimis
eventibus semper procederent , & felicia in po-
sterum evenirent . Ita rebus nostris consultum
est , ut jacturam tanti Regis hodiernus hic dies
repararet , reficeret , instauraret , & tot , tantis-
que impendentibus malis , quæ declinari non po-
terant , non solum præsentissimum remedium
mutato etiam Imperio hac die Deus adhibuit ;
verum etiam alia nova fundamenta jecit , &
tantarum initia rerum stabilivit , ut quamvis as-
perrimo bello dimicandum sub ipsis initiis no-
bis sit , bella tamen , Deo bene juvante , confi-
ciemus , ut liceat semper sperare meliora . Una
salus omnibus ista dies , ista , inquam , qua Au-
gustissimus noster PHILIPPUS QUINTUS tam
fausto , felique omni natus est . O diem be-
nè ominosam aurea nobis secula restituturam !
Tu felix nostræ nuncia salutis : Tu afflictis re-
bus una solatium : Tu quotannis renovas dul-
cem nascentis Regis memoriam . O quam ju-
cundissima erit semper tui recordatio , cum tot ,
tantaque beneficia per te nobis largita singula-
ri Dei munere , solemni ritu , & prisco instituto
in mentem revocamus !

Multa in tanta rerum perturbatione nobis com-
moda ea peperit dies , sed duo omnium maxi-
ma . Alterum , quod dedit Regem . Quid felicius ? Alterum , quod Hispanos à Gallis , que-
madmodum rerum dominio se junxit , ita eos-
dem animorum consensione , & armis obstrinxit .
Quid securius ? Dies verè fœderis , quam cele-
bras

braturi frequentes merito huc convenistis . Lætandum summopere nobis est , & vehementissime gratulandum . Exultet quanto maximo percipi , & cogitari potest gaudio Civitas hæc omnis , parietes ipsi gestiant prægaudentes : Equester ordo , Senatus , & Populus , quantus ille est , mirificè gratuletur : gratuletur Italia , Belgium , Hispania , Christiana omnis Respublica : gratuletur Oceanus , & quisquis ab Oceano aluitur novus Orbis .

Verùm in tanta animorum hilaritate , & publica omnium lætitia illud , ingenuè fateor , maximam vobis lætitiae partem adimet , quod in tanto lectissimorum virorum confessu hac die , qua omnia feliciter cedunt , unus ille deficiat , qui splendida , qua decet , & eleganti oratione , diem hanc , & celebritatem vestram satis pro dignitate ornare possit . Hoc unum inter tot bona vobis mali accidisse , & sentio , & pudet . Idque cum ipse præsensissimum , diu , multumque mecum animo reputavi , num hanc Provinciam susciperem exornandam . Terruit longa horum studiorum intermissio , & publicorum negotiorum , quibus quotidiè distineor , moles , & magnitudo : terruit rerum dicendarum Majestas , imbecillitas mea , & confessus iste ornatissimus terruit . Sed omnium maximè tuus me terruit conspectus , Excellentissime , & Sapientissime Princeps . At non majestate , & imperio , quod pro dignitate tanto nostrum omnium bono sustines (nam ea est morum tuorum suavitas , ea animi probitas , & humanitas , & ita majestatem temperas . & imperium , ut alicias potius , quam deterreas .) Acre
tum ,

tuum , quo in literis omnibus prætas judicium , omnium bonarum artium scientiam , eloquentiae studium , literarum Latinarum , Græcarumque peritiam vehementer extimescebam . Sed omnia vicit suave tuum Imperium , & tua , quam detrectare non poteram , me coegit auctoritas . Quare , si expectationem tuam fraudavero , tuam humanitatem obtestor ; ut , quæ in hoc dicendi genere , qui nec usu , nec ingenio satis possim , dicturus sum , ea , qua soles benignitate , excipias . Nec necesse habeo silentium vobis indicere , Auditores , cum vos omnes veteris illius formulæ memores profectò putem , qua in Natalitiis celebrandis utebatur antiquitas .

Nasalem colimus , favete linguis .

Fortunata dies , ò quam recurrentibus annis lœta redis ! quam grata , quam jucunda , quam exoptata omnibus exorta es ! Nihil te sanctius ; nihil festivius , solemnius nihil . Alma dies , qua nulla clarior , nulla felicior , nec auspicatior unquam illuxit , nec in posterum elucescat : dies , quæ in lucem eduxit , Patriæ Parentem , Imperio Regem , & Populis felicitatem , Regem , quo nemo genere clarior , indele augustior , virtute præstantior , tempore opportunior , omnibus fortune , naturæque muneribus efflorescentior .

Proponite paulisper animis vestris , qualem , quantumque diem celebramus , optatum magis , quam speratum ; diem divino consilio electum , quo PHILIPPUS Borbonii sanguinis heros , ille nimirum Rex , quem jus causæ , temperum necessitas , & Populorum felicitas expostulaverat , nasceretur . Relegite modò animis infelicem Aeu-

B ropæ

rōpē statum ; quānam bella superioribus annis
 exarserint ; calamitates afflixerint ; quibus incen-
 diis Provinciæ conflagrariunt ; stratos cadaveribus
 campos , fluvios militum sanguine infectos ; quis
 per vestram fidem in turbulentissimis illis tem-
 poribus de Republica non desperaret , vel saltem
 vehementissimè non pertimesceret ? Reges , nec
 temerè , nec fortuitò nasci exploratum omnibus
 satis est . Veterem illam rerum , & præsentem
 memoriam mecum recolite ; noveritis profectò
 quantam curam (liceat ita loqui) quantam , i-
 quam , curam , & providentiam adhibuerit Deus
 Immortalis , ut crearetur Rex , qui Hispanias Hi-
 spanis conservaret , & pristinam illius nominis
 dignitatem affereret , & vindicaret . Et certè ut
 illum procrearet Deus , majora moliri oportuit ,
 quām in maximis aliorum Regnorum Regibus
 unquam molitus esset . Alia gerendarum rerum
 series paranda fuit . Oportebat Regem creare ,
 qui labantem , fato um injuria , nostrum omnium
 fortunam sustineret . Verum heu quanta rerum hu-
 manarum oceurrebant impedimenta ! Oportebat il-
 lum creare charum omnibus , & ab omnibus expeti-
 tum , qui sine ulla Populorum dissensione universis
 plaudentibus Regnis , sine ulla mora , & cunctatione
 lætissimè ab omnibus exciperetur , ne qua partis
 dissentione tam nobile corpus dispergetur , vel
 aliqua cunctatio Rempublicam perderet , & pe-
 riculum subefset , ne , fluctuantibus interea rebus
 sine Rectore , qui ad clavum fuderet , naufragium
 ficeret . Illum creare Regem oportuit , qui ma-
 jorum suorum exemplo Religionem defenderet ,
 & augeret , qui paterno , maternoque pio semi-
 ne

ne prognatus ; tanquam ex duobus surculis in idem coalescentibus germen, æqualem, imò si fieri posset, majorem parentibus fidei propugnatorem, & vindicem præfeserret. Regem Imperio dignum, sed sine Imperio, & cui si Regnum deficeret, Majestas non decesset ; qui que Regium nomen potius à Regnis acciperet, quām daret; omni Regali decore, & splendore ornatissimum, Regem legitimum, non invasorem, & gentium, & Regnorum jure invitatum, ut justis deinde armis, & justo bello, cum cæteris hanc successionem iniquo Marte inhiantibus propugnaret, Regna defenderet, & tueretur; Regem, inquam, sine Regno, sed qui terra, marique paratas haberet classes, & copias, legiones conscriptas, instrutas cohortes, equites expeditos, & omnes veluti parato exercitu in Regnorum suorum felicem possessionem ingrederetur, & hostes, si qui restiterint, quam longissimè averteret; Regem denique, qui prius Imperator esset, quām milles. Sed nec satis hoc Rege, cui haec omnia convenient, Hispanicis rebus consultum est. Illo opus erat Principe, qui cum finitimiis, cum quibus, & armis, & animorum contentionē, longo temporis intervallo pugnatum est, pacem aliquid sanciret (ut tot, tamenque calamitatibus defatigatum Imperium aliquantulum respiraret) Principe opus erat, quo Res Hispanica staret incolmis, & Imperium hoc integrum, sartum, tectumque sibi, sūisque conservaretur. Tanta moris erat difficultatis hisce temporibus Hispanum condere Regem !

Cumqæ haec omnia ab antea eternitate

nosset Deus Immortalis ; unico obtutu cuncta circumspectans , eò defixit lumina , ubi inter Alpes , & Pyrenæos jacet Gallia . Florentissimum ibi Principum agmen vidit , & ex eo Regem exceptatum , omnibus præsidiis instructum , omnibus ornamentiis insignitum , & omnibus hisce virtutibus ornatissimum optavit , ac dignum Hispaniarum Regem præstinavit . Ibi dignpm invenit Imperio Principem , sed sine Imperio , majestatem ad tuendam Hispanici nominis dignitatem necessariam ; ibi Christianissimo , & Catholico sanguine genitum Adolescentem , & pietatis studio excultissimum ; ibi legitimum successorem ; ibi bellicos apparatus , & accinctos milites , ut omnia summa celeritate , & felicitate conficerentur ; ibi & sanguine propriorem , & auxiliis , ibi magnos LUDÖVICI MAGNI , magnorumque suorum introspexit animos , in quibus magnanima illa , & supra hominum fidem tot Regnorum abdicatio elucebat , ut si tanti Imperii successionem sibi , & suis fortuna detulisset , non sibi , nec suis petituros Regna , sed Hispanis , quibus ex suo sanguine darent Regem , qui cum Gallis Hispanias animo , armisque conjungeret , sed Imperio separaret .

Ad fæcundissimam igitur regiam arborem conversus , illamque videns renascentibus palmitibus abundantem , meliorem ramum avellere consilium fuit . Intonuit leuum , manuque illum arripiens : fiat , fiat , inquit , hic surculus Arbos . Felix arbos , nunc dulcis filia , mox crescens æmula Matri . Decreta jamdiu tibi est Hispaniarum successio , & trans Pyrenem Hispanum sibi

tibi habe solum , in quo bonis auspiciis , & al-
tiores radices agas , & uberius reflorescas . Te
nascente , magnum illud Imperium nimium no-
bis Religione , & pietate clarum nunquam inte-
grum per te maneat , at frementibus licet ho-
stibus . æternūm , manebit : jungantur & armis ,
& animis invictæ gentes , & quas hucusque glo-
riæ æmulatio divisorat ad Religionis incremen-
tum jussu meo æternūm , icto foedere socientur .

Dixerat ; conceptus Puer est . Nec protractam
longius noctem credatis , ut in suo Hercule fa-
bulata est Græcia . Deus , Æsus ipse παῦσθλαστης
momento temporis Puerum efformavit . Nec Pyr-
rhos , Annibales , Alexandros , aut Cæsares
exempla sibi proposuit : inter ejus Majorum im-
ages , hinc ex materno genere Carolos , Fer-
dinandos , illic ex paterno alias ; sed inter tot
fortissimos , & sapientissimos Reges , unum dele-
git LUDOVICUM MAGNUM , ad cuius vi-
vum imitamentum dulcis Nepos efformare-
tur .

Sed jam ecce advenit expectata dies , quam
hodie celebramus , Augustam ecce Matrem pa-
rentem , O felices Matris labores ! o dulces
tanti partus molestiae ! o suave simul , ac gran-
de onus , quod maturum ad majorem Christia-
næ Republicæ utilitatem modo deponitur ! Nas-
cere , magne Puer ; adesto , Lucina Mater .

*Et modo nascenti Pucro , quo ferrea primum
Definet , ac toto surget gens auræ Mundo ,
Casta fave Lucina .*

magnum hunc partum , ortumque beatum ad-
juva . Affer , affer opem paritura . Sed procul
hinc

hinc crepundia ; corallia ; bullæ ; ensiculus , cæteraque hujus generis puerilia munuscula : hisce , atque aliis infantium ornamentis Puer iste ad maxima quaque natus abhorrebit . Arma , arma , & Galeæ , scuta , tubæ , tympana , classica , aliaque bellica instrumenta . Hæc erunt Pueri nascentis blanditiæ , hi lusus . Petit angues Puer hic , quos , ut novus Hercules , enecare possit in cunis , tenellas infantis Regii manus brevi Avus armabit in Hostes . Exoriare Puer , Religionis amor , Fidei assertor , belli fulmen , nostrum omnium ensis , & clypeus ; humani generis deliciæ , novum Galliæ sydus , & magnum Gallici nominis incrementum , Hispaniarum reparator , & propugnaculum , Hostium terror , atque , ut uno complectar verbo , exoriare tandem expressissima Avi , & Parentum tuorum imago . Neu lacrimare Puer ad publicam nate lætitiam . Te nascente ridet Cœlum , ridet Tellus , & omnia rident . Tu primo vitæ limine inter cunabula porrectæ Deum venerare , cui tantum debes ; & Solem , qui tantum Tibi , & nobis aperuit diem primis vagitus saluta . O quam bene tibi convenient , quæ cecinit Claudianus .

*Te nascente ferant per pinguis culta virentem
Divitiis undasse Tagum ; Gallacia risit
Floribus , Et roseis formosus Duria ripis :
Vellere purpureo paffim mutavit ovile
Cantaber : Oceanus vicino litore gemmas
Expuit , effossis nec pallidus Astur aberrat
Montibus .*

*Te nascente superbiunt Galliæ ; redivivæ re-
sur-*

surgunt Hispaniae ; & quæ modo æstuahat inter tot , tantosque Reges discordia , positis odīis conquiescit . Sequanam vidimus lætissimis undis redundantem , contremiscentem Rheum , trepidantem Germaniam , Alpes , & Pyreneos sese invicem consalutantes , & sibi mutuo manus porrigentes ; Iberum , Padum , Sebetumque exultantes , exultantem Oceanum , & Euripos illos Siciliæ dulci murmure refluentes .

Sed jam , Deo bene juvante , Puerum Augustissima Mater enixa est . O qualis , quantusque splendor visus eo tempore è Cœlo terris demissus , ut universus Terrarum Orbis novo quodam lumine repletus esse videretur . Vix nato emicuit facies tanti plena vigoris , tantusque oris decor , ut in ipsum admireris transfusa majorum suorum majestatem , & quot , quantaque sunt decora alta Parentum . Vultu ecce pacem portendit , & arma : sed bellum ita geret , ut parta victoria , securitatem Regno , pacem populis afferat , & universo Terrarum Orbi felicitatem . Natus jam Puer est charus MAGNO LUDOVICO Nepos , qui parvulus aula luderet , atque Avum virtute , & ore referret . Vix natum virtus , & pietas , militiæ nimius amor tenerum adhuc Pueri peritus acerrimè jamjam stimulabant : & cum paullo adolesceret , tot foris , domique præclarissimis exemplis , quid virtutis , quid constantiæ , quid militaris disciplinæ affiduo Parentum suorum contubernio divinæ indolis Adolescens hanserit , facilius intelligere vos ipsi poteritis ,
quam

quam ipse verbis valeam exornare.

Sed hæc duo , consilio Dei Opt. Max. ita statuta erant, ut eodem ferè tempore hic ætate, & meritis ad Regni gubernacula cresceret, ut illum Gallia jam non caperet ; Carolus vero noster, heu pientissimus Rex ! ingravescente morbo sensim deficeret .

O Hispania , Hispania ! quis erit miserrimus tui status , Regis tui funeri sine liberis decadentis superstes ? Heu qualibus , quantisque bellis jactata eris Hispania ! advenit jam tempus , quo veterem virtutem tuam exerceas : eoque perventum est , quo nec mala , nec remedia pati poterimus , nisi antiquam filierum tuorum fortitudinem , nimia felicitate sepiam , tandem aliquando excitaveris ; illamque florentis Hispaniæ Majestatem , tot præstantissimorum virorum gloria , & insignium facinorum magnitudine partam restitueris ; ut illius vim inexpugnabilem infensi tui nominis hostes experiantur . Redeat, redeat vetus illa Hispaniarum dignitas , Bono esto animo : agere , & pati fortia Hispanum est ; & si forte cœca illa rerum humanarum domina non arriserit fortuna , arridebit tibi Deus , nimium felix , & dilecta Deo Regio . Deo semper curæ fuit dare tibi Regem , vera quidem Tibi cecinit olim Homerus ἐκ διὸς βασιλῆς . Bono , inquam , esto animo : nam in periculis tuis , & quidem maximis præsentissimus semper adsuit tibi Deus ; & ubi humana deficiant , obstinate , spera divina auxilia nunquam defutura , de te cecinisse videtur Sybilla , cum inquit .

Kæ

Kαὶ τὸτε δὴ Θεὸς ὁύρωνάθεο πέμψει βασιλῆα.

Tum Deus è magno Regem demittet Olympo.

Sed ecce mea me non fecellit opinio. Carolus quippe ille Secundus non sine numine Divum, divinoque afflato successorem, cuius humeris federet Imperium, oneri parem agnoscens, diuturno morbo conflictatus, eundem, inspirante Deo, hercdem fecit, fideique tanti successoris, tot, tantaque Regna commisit, & deposito potius, quam relieto Imperio, maximum sui desiderium relinquens haec extrema, cum excederet, verba profundit. Capesse, inquit, Rempub. incomparabilis Adolescentis: Tu tam ampli, magnique Imperii felix esto haeres: illud tot, tantisque nominibus debitum, Tibi, quando mihi liberos invidit fortuna, sine ulla meorum injuria redito potius, quam relinquo. Haec mihi rata animi sententia est: hoc extremitati esto judicium: Florentissimam hanc Monarchiam tot laboribus partam, tot bellis quietitam, tot ducum, & militem meorum sanguine prolatam, quantum ipse possum, ita Te felicitet Deus, Tibi commendando. Ingredere eodem lateo animo Regnum, quo & ipse Te sospite, & successore latet de sero. Lætissimo Te excipient animo Hispaniae, & amplissimæ nostræ ditionis pulcherrima Regna cum me in Te renascentem, & in Te, ne immutato quidem nomine, veteres suos Philippos redivivos venerentur. Hos, quos Tibi trado subditos, quos filiis habeo chariores, tuere, defende, & ama; quamque à Te mortiens peto, ut latior abeam, praesta fidem.

C

Vive

Vive memor nostri , justitiae erga subditos , pietatis erga Deum vive memor . Hisce Regnis , quæ tibi jamdiu paraverat Deus , æternum fure , jamque vale . Sed lætus abi ~~αν μακαριης~~ successorem relinquis , qui miserrimam tui jacturam , vel reficit , vel saltem magnopere lenit . Vive fœlix Carole , ò quam tui dignus sufficiens successor est , & si quæ adhuc nostrum Tē cura tangit , è Cœlo , quam reliquisti , Rempub . si placet , intuere , lætaberis sanè , & magnopere gaudebis , cum inspexeris Gallos , quos olim validissimos hostes habuisti , & celeberrimas has duas Gentes , & duos Christianorum maximos , ac potentissimos Reges , diuturnis ollm bellis inter se contendentes , conspirantes modo , & consensientes , vi , & consilio omnibus terrori esse , & ingentia hæc duo Imperia , hæc duo fidei propugnacula adversus Christiani nominis hostes , brevi insignes victorias reportatura .

Ita hæc omnia nobis ex voto eventura confidite , Auditores ; hæc enim omnia nobis attulit ista dies . O diem plenam prosperitatis , Hispaniis optabilem , cæteris gentibus celebrandam , horrendam hostibus , Religioni dilectissimam , & Posteris summis laudibus extollendam ! Regem dedisti literis eximie excultum , & semper urgentibus virtutis , ac Regii animi stimulis , ad gloriae fastigium contendentem ; assiduis corporis laboribus assuetum ; & ut ad martiales labores validior evaderet , modo per præruptas montium salebras , modo per acclives , devexasque rupes , modo in campo , generoso vectum equo ,

equo, laboriosa corporis exercitatione decurrentem, & Regium armorum usum, vel jocabundum meditantem, ac perhorridos, & devios saltus ferarum cubilia lustrantem, & feras ipsas saepius agredientem, cruento madidum, sudoris plenum, ac pulveris, ut ita ficta præliorum imagine ad præliandum non modo afflueret, sed ludicris hisce, veluti rudimentis, veris bellorum victoriis. Regius Adolescens præluderet, & adumbratis illis concertationibus verum militia usum perdisceret, imitatus Alexandros, Annibales, Scipiones: Regem dedisti, cui, ut regnandi viam facillimè Cœlum strueret, & aperiret, tot, tanquam congregans, quanta vel Regum, vel Imperatorum nemini post hominum memoriam contigere. Cui enim unquam, per Deum Immortalem, contingit magnanima illa, & supra hominum fidem tot Regnum abdicatio? Cui Regnum recens ingresso unanimis tot gentium, tot Provinciarum longè dissitarum, ingenio, moribus, legibus, & institutis inter se variantium, invariabilis, & una in illum consensio? cui tot felicissimi eventus? qui hostium insidias oppresserit, priusquam detexerit; vix nascentes, & excitatas peremerit, & pacaverit seditiones. Meministis, quamquam animus meminitse horret, si plebeculae paucorum ducto motionem recorder; si vero procerum, equitum, populique spectatam fidem intuear, mirificè delector; meministis, quando paucis Neapoli contra Regem, & Patriam insariantibus, fidissima hæc Civitas inopinatum indignata scelus, & nobilioribus filiis armata suis contra degeneres cives more Ma-

C 2 jo-

orum, & ut semper præclara, & nova fidei in Regem suum ederet argumenta, facinus vix tentatum extinxit, ut vicerit prius, quam videret hostes; illosque fugarit, depulerit, dissiparit; Regem dedisti, qui victorias è manibus hostium adduxerit. Ecce Cremonam, cuius non solum muros, sed etiam portas habebat hostis, obsecram, captam jam, è fauicibus hostium ereptam; ejusque ex Urbe militibus, & ducibus, liberatam; Ecce tentatam Cataunaism, sed in sua fide, & obsequio persistentem; Ecce frustrata mala omnium proditionum consilia; dedisti Regem, quem Italia vidit præalta apiani magnitudine pugnantem, spoliisque hostium onustum triumphantem; Vidi Hispania hellandi avidissimum, & suis finibus exeuntem, & prima armorum fulmina Lusitania jam sensit. Sed quæ major est ejus auspiciorum felicitas, ut classem illam litoribus nostris omnia belli pericula minitantem, superbo bellico apparaatu, Hispaniae oras legentem, & marium veluti dominam percursantem, præclarissimus Gallicæ classis Imperator; imparibus viribus, & inadvertibus ventis, pugnam detrectantem, ad pugnam ita provocarit, ut confilgere invita coacta sit, &, victoria propria inclinante, partim demersam, partim labefactatam, loco cedere coactam, & repulimus, & ejecimus, ipsamque abeuntem persecuti sumus.

O acta, o gesta, supra quam credibile est, admiranda! O infinita Dei Opt. Max. munera, & beneficia! Regem dedisti, clara dies, & bello promptum, & pace non desidem, aut otio lange-

guescentem ; cuius invictum animum non alia contristant , quam Majorum exempla , quia superare non possit , cuius semper animo obversatur magnanima illa suorum simulatio , cum noviter Augustissimum Avum suum ad summum gloriae verticem pervenisse , quem nulli unquam mortalium licebit attingere ; illud tantum angit , quod domi , forisque tam illustria monumenta non tam præberent imitandi locum , quam præriperent . Quidquid capere potuit unquam mortalitas , explevit feliciter Avus , cæteris tentare quid restat ?

Sed quo me rapuit Oratio ? multa oportet prætermittere , multa cursim dicere oportuit ; omnia tamen satis implevero , si ad hanc celeberrinam diem orationem meam convertam . Tu fons , & origo bonorum omnium : Hæc tibi debemus omnia , nulla erit tam ingrata posteritas , quæ te candidissimam diem meritis laudibus non extollat . Dies verè candida , qua præclaras tanti Regis primitias , & prima lucis auspicia celebramus , dies inter Fastos meliori lapillo adscribenda ; tibi nunquam Sol occidat , clara dies , quæ res orantes attritas instaurasti ; debilitatas sustinuisti , penè confeetas reparasti , astillas erexisti , nutantes confirmasti . Dies nostri Solis fulgentissimus oriens , qui tot tempestibus obviis , turbines , procellas , nubila discuteret , dissolveret , dissiparet . O diem nunquam satis laudatam , quæ Regem nobis dedit , qui omnium hostium impetum retunderet ; turbulentissima tranquillaret ; justos nobis pareret exercitus ; defendoret clavis maria ; arces .

ces muniret præsidiis ; & pericula , quæ nobis omnibus , fortunis , aris , & focis jamjām im-minebant , à nostro omnium capite repelle-ret , diem summa lætitia semper agendum ; ludis , spectaculis , classicis , tormentis , tibiis , & tympanis undique strepentibus , effusaque omnium Ordinum gratulatione celebrandam : diem , quæ Regem asseruit Hispaniæ , & jam-diù exoptatam Galliæ cum Hispania societa-tem , fœdusque sancivit ; Religioni securita-tem , utilitatem populis attulit , & placidissimam universo terrarum Orbis quietem allatu-ra , nisi nimius pugnandi ardor hostium ani-mos inflammasset , & nimium injustum , Deo-que invisum bellum , & invito , ut dicunt , Marte suscepissent . Sed venieut cito prospera , & lætiora : Deus , Deus ipse pro nobis in ar-mis adest , unde jus stat , & brevi felicissimis bellorum successibus justam bellandi causam de-finiet :

Causa jubet superos melior sperare secun-dos.

Erit , erit illa dies , qua non solūm de-fensis , sed prolatis Imperii finibus , profligatijs Britannis , Batavis , Germanis , cæterisque sui nominis hostibus devictis , insigni victoria triumphantem , Hispania , Belgium , Italia , tot Provinciæ , tot Nationes , tot Insulæ , Terræ , & Maria , & totus penè terrarum Orbis PHILIP-PUM Regem nostrum , tanquam numen tœlitùs nobis demissum venerentur . Tibi igi-tur hæc omnia , ò alma , læta , felix , necessaria natalis PHILIPPI dies , tibi Patriam , tibi

Pe-

Penates, tibi fortunas omnes, tibi ferimus nostram omnium salutem acceptam.

Magna, & clara dies redeas, volventibus annis;

*At dextro semper Numine, & auspiciis.
Tu Hispanum serva Imperium, magnumque PHILIPPUM.*

Incolumem, & semper lato recurre dies.



AM-

²⁴
A M P L I S S I M O V. ILL U S T R I S S I M O D.
S E R A P H I N O B I S C A R D O

J G to S U M M O,

*Libellorum, postulationumque Praefecto, vulgo,
Regiam Cancellariam Regenti, intelli-
gerrimo, solertissimo:*

Pro Oratione habita in die Natali

P H I L I P P I V.

Potentissimi, Invictissimique Hispaniarum
Monarchæ.

Agnesius Blasius

T E memorant magnum, fortunatumque PHILIPPE,
Quid clarò effulges sanguine BORBONIDUM:

Te memorant magnum, fortunatumque, quid uleret
Submittit fasces Orbis uterque tibi:

Ast ego te magnum, fortunatumque vocabo,
Quid tua BISCARDUS gesta, decusque refert.

Agnellus-alexius Blasius.

Quid




Quod satus è claro BORBONUM semine, Ibero
 Quòdque auctus sceptro, magne PHILIPPE, magis:
 Moribus eniteas tanto, quòd Principe dignis,
 Quòd carus populis, carus es & Superis;
 Non satis, ut felix toto dicaris in Orbe,
 Dum vebitur currū Phoebus, & astra suo:
 Est opus ore tonet SERAPHINUS, ut audiat omnis
 Aetas, atque Orbis quæ decora alta tua.

Alexander Gvidellus.



D

Elo-





E Loquii quis fundit opes, quis fulmina vibrat?
Alter adeſt Lysias, alter adeſt Pericles.

Unum Partbenope BISCARDUM extollit, & Orbis
Oratorem unum, quem sacra Pallas alit.

Non alio poterant celebrari gesta, PHILIPPE,
Quam tanti docta pedore, & ore Viri:

M.& Ph.D.Neap.Andreas Mathone.





Inchyta regnantis dum pandis facta PHILIPPI,
Et verba aurato gargite ab ore fluunt:

*Magnifico eloquii sonata Sebetbus ab undis
Excitus, hos stupidas reddidit ore sonos:*

*Elysii missus, vel nostris vivit in oris
Tullius, aut huic par viribus eloquii est.*

Antonius De-Marino.



Quanto splendor niter lapillus,
 Fulvo si medius ligetur auro;
 Et quantum rosa liliis honorem
 Mista purpureo colore præbet;
 Tantum gaudia, SERAPHINE, nostra
 Atque latitias tuus loquendi
 Et doctus modus auget, & venustas.
 Nam quid dulcius, aut magis beatum
 Nobis eveniet, magisve lætum,
Quam tuo eloquio frui, PHILIPPI,
Quo laudes celebras, sacrumque partum,
 Dum læti canimus diem lapillo
 Signandam meliore, qua PHILIPPUS
 Nobis est avibus datus secundis?
 O felix nimium, nimisque chara,
 O dies Populis diu vocata,
 Lætis auspiciis precor recurras,
 Ut magnos celebrare Regis ortus,
 Audire & liceat Virum loquendo,
 Qui vincit reliquos, ut astra Phœbus.

Bartolomæus Intieri.

Inter




I Nter tot curas, & tanta negotia, nate,
I Procerum plausus demeriture, liber:

Te vocat Hesperia Juvénis regnator ab aula:
Tu forsan magno munus & ibis Avo:

Qui legat, & cum nec Regnum, nec facta Nepoti.
Hunc laudatorem, si queat, invideat.

D. Blasii Troyse.



D 3

D. SE

■ ■ ■

D. SERAPHINO BISCARDO V. C.

In sanctiori Senatu Principis Patricio,
 Qui Regnum Neapolitanum
 Consiliis, & autoritate tutatur,
 Doctrina, & moribus exornat:
 Quod maximi Regis natalitia,
 Elegantissima Oratione celebrarit,
 Quam pauculis, iisque subcisisvis horis
 Sic deambulans, interdum sedens
 Dictaverat.

Sed nec majore intentione opus habuit
 Mirificum ingenium:
 Nec majora otia
 Publica negotia, quibus dies noctesque distinetur,
 Largiebantur.

Quamque è superiori loco
 Regii in aedibus cùm recitaret,
 Divina dicendi vi,
 Auditores extra se positi,
 Raptique,
 Inter Græci fori fulgura, & fulmina
 Versari sibi videbantur,
 In antiquæ amicitiae obsequium,
 Et grati animi testimonium,
 Dominicus Aulius P.



SE d'Achille l' valore , e l' alte imprese
Sì chiare al Mondo fur , però ch' Omero
Di loro scrisse con istil sì altero ,
Ch'Alessandro d'invidia , e scorno acceste .

Ben fian del Gran FILIPPO al Mondo intese
Con pregio l'opre , e'l suo valor guerriero ,
Or ch'avete , Signor , volto l pensiero
A far la gloria , e'l nome suo palese .

Felice lui , che sì scrittore eletto
Trovò , ch'i fatti suoi con puro inchiostro
Trarrà di mano a morte ingorda , e ria .

Ma viè più Voi , ch'a sì sublime oggetto
Lo stile volgeste , ond' è , che'l nome vostro
Già chiaro in prima , eterno al Mondo or fia :

Del Signor Francesco Manfreda:



Ut


Ut tonat armipotens felici Marte PHILIPPUS;
 Sic, SERAPHINE, tuo grandifono ore tonas.

Gaudet ille tuo, cui contigit ore referri;
Et tu, cui tanti gesta referre Viri.

Non sc̄ Mæonides, non sc̄ jaſſabit Achilles;
Vel meliore tuba, vel meliore Duce.

Elatos faſtus turgens depone vetaſtas;
Invidiosa ibunt ſacula noſtra cuiſ.

ll. J. D. D. Johannes Bostonius:





UT prima emeritis adolevit laudibus ætas;
Sic matura tibi gloria parta viro est.

Priscorum teneris lustras monumenta sub annis;
Et Grajas artes excolis, & Latius.

Mox penitus rerum causas, Sopbiæque recessus
Scrutaris, raro qua via trita solo.

Tum Legum sacros bausisti pectore fontes;
Et tonuit rauco lingua diserta fore.

Nec, populis, animisque potens cum jura ministras,
Incubuitque humeris publica cura tuis,

Aspera Te rerum, vel tempora mole fatigant;
Palladis aut studiis abstinuisse valent.

Laus hac gestarum cumulat decora inclyta rerum;
Hac tibi jam nullus par, SERAPHINE, venit?

Nam tua quo seris celebrentur nomina saeclis,
Non est quæstæ laudis, & artis opus.

Vis tanta eloquii, tanta est facundia verbis,
Laudibus, ut vivant facta aliena tuis.

Quæsis




*Quis dam BORBONII Natalem Principis ornas,
Auspiciis auges, latitaque diem.*

*Inque tuos quamquam certemus carmine plausus,
Nostra est hac potius gloria carminibus.*

*Scilicet egregio, tantisque insignibus aucto,
Seu placuisse Viro, seu coluisse juvat.*

Carolus Mayellus:



Non



Non ea, biserno quæ gloria parta labore est
Alcidæ, Celtis credita digna foci:

Sed quod suæviloquo populus sermone trabatur,
Detque catenatas ad sua verba manus.

Non facile est animos æquè, ac competere vires,
Roboris has, illos flectere mentis opus.

Quæ modo digna tuis respondet Gloria factis,
O nostri quondam fama, decusque fori!

Audierat, BISCARDE, prius te corda trabentem
Eloquio, trepidos quam tuerere reos

Parthenope, natumque sibi gavisâ Periclem,
Qui nomen tenuet, Gracia docta, tuum:

Post ubi Te fasces moderarier, Et dare jura
Sensit, Et antiqua fulgere luce Togam.

Et celebrare suum verborum flumine Regem,
Jam minor est Latiae gloria gentis, ait:

Magna quidem virtus tibi, Rex, multique triumphi,
Hi sine laude nihil, promover illa parum;

Hic deerat tantis laudator idoneus actis,
Huic debes, tantum quod decus Orbe tuum est.

Nicolaus Capassus.

Eacide



Acidæ invidit juvenis Pelleus Homerum,
 Grandisona cœneret, qui sua facta tuba:
*Invidet Elysia Æacides è valle PHILIPPO
 Nunc Te præconem laudis babere sue.*

Nicolaus Cirillus:



ANT 1318213

8448

